<36627112210014

ANNALES
INSTITUTI
MEDICO-CLINICI
WIRCEBURGENSIS

REDEGIT ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRAVIT

I. N. THOMANN,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTOR, THERAPIAE GENERALIS PROFESSOR PUBLICUS, PRINCIPALIS NOSOCOMII IULII MEDICUS PRIMARIUS, SCHOLAM MEDICO-CLINICAM DIRIGENS, ATQUE SOCIETATIS MEDICOR. ET CHIRURGOR. PER HELVETIAM CORRESPOND. SODALIS.

R

VOLUMEN SECUNDUM.

CUM III. FIGURIS AERI INCISIS.

WIRCEBURGI

apud Auctorem & in Commissis apud Viduam J. J Stahel & Filium.

1 8 0 1.

D. JOANNI HENRICO
FISCHER,

NEDICINAE AC CHIRURGIAE DOCTORI, PROFESSORI OLIM IN GEORGIA AUGUSTA PUPLICO ORDINARIO, ET SCHOLAE MEDICAE IBIDEM FLORENTIS PER QUINQUE ANNOS, ET QUOD EXCURRIT, ANTISTITI, NUNC SERENISSIMI PRINCIPIS NASSOVII-WEILBURGENSIS A CONSILIIS INTIMIS ET ARCHIATRORUM COMITI ETC. ETC.

PRÆCEPTORI OLIM SUO ET AMICORUM AMICISSIMO SUMME COLENDO

SECUNDUM HOC VOLUMEN

Annalium Scholae ſuae medico-clinicae

ſacrum eſſe vult

I. N. THOMANN.

PRAEFATIO.

En, benevole Lector, Volumen secundum annalium instituti medico-clinici, quos jam, ut inchoatum opus, per singulos annos me tibi traditurum, promisi. Continentur in hoc Volumine, quod jam ex primo patet, index omnium utriusque sexus ægrotantium, qui anno 1799 in instituto nostrate versabantur; porro observationes meteorologicae, morborum cujusvis mensis constitutionis epidemicae, seu characteris descriptio generalis; denique et speciales passim morborum historiae, quas præ reliquis digniores censui, aliaque. Longe a cogitatione absum, vel practici in urbe nostra laboris cumulo, cui varias ob conditiones rationesque adhucdum obstrictum me esse quivis videt, vel tædio, vel labente sanitate, quo minus mea ad finem perducam proposita, mihi fieri impedimentum, hinc et annales pro tempore continuare, in animo est. Suscepi quidem, ut lubenter fateor, magnum opus atque grave, vires meas forsan longe exsuperans; non itaque mirum, si conatus mei summum præstantiæ gradum non adtigerint, ac neque meo, neque aliorum votis ex omni parte respondeant; non mirum, inquam, si non omnino satisfaciam omnibus, præcipue, quum pa-

Iam ſatis ſit, me neque in veterum, neque in aliorum alius doctrinae aſſeclarum, medicorum ſententias juraſſe, a meis forſan longe diverſas.

Interim tamen pro viribus exſequar inchoatum opus. Minime certe ſatisfaciam iis, qui hiſce in annalibus rariſſimas rei medicæ obſervationes, aut ſpecificam curandi methodum, aut miracula inveniri credant. Nimirum ſciant omnes, annales tantummodo ſcribendi medicos, eſſe animum, atque colligendi obſervationes, quas anni conſtitutio, occaſio et inſtitutum noſtrum offerunt. Mihi itaque minime imputandum erit, juxta cenſoris vol. I. cujusdam clariſſimi ſententiam contrariam, ſi rariores non ſemper deſcripſero. Exhibeo lectoribus obvias tales, quales inſtituti noſtri ratio dictitat, qualesque in præfatione voluminis primi palam feci. Triplicem enim finem horum annalium volo: 1) ut ſatisfiat publico ob traditum mihi ſacrum hoc inſtitutum; ſimulque ut medendi meæ methodi rationem reddam: 2) ut medicis tyronibus prælectionum mearum clinicarum ſtudium magis pervium, faciliusque reddatur, et 3) ut forſan, etſi conatus meos perparum iſthuc conferre, concedam, quodam modo ars medica capiat incrementum. Exinde nunc evidens ſatis erit, cur et alias indigniora, immo non ſemper rariora mihi fuerint proferenda. Satis

profecto ſum habiturus, ſi conatus mei medicis tyronibus profuerint, atque iis adlegatæ obſervationes tramitem quendam prælectionum mearum clinicarum ſternant.

Porro ne objiciant experientiſſimi cenſores, quod in novellis quibusdam medicis et chirurgicis accidit, me in ſpecifico morbo ſpecifica, ut ajunt, non exhibuiſſe. Atqui convincant, an dentur talia? — Atque ſi aliam eligo medendi methodum, aliaque medicamina, eorum *doctæ opinioni* ſolummodo contraria, ideone reprehendendus ero? — Excolendæ artis medicæ libertatem neque ſpecificorum præjudicio, neque iis ipſis a variis auctoribus ſtrenue promulgatis atque ambabus apprehenſis manibus, reſtringi unquam, ullus medicus concedet rationalis. Quamlibet certe ſcientiam ejusmodi vinculorum onus dedecorabit, eo magis talis fautores ſententiæ. Hinc et fluit, quod jam in præfatione ad Vol. I. dixi, cur non curem præjudicatas opiniones experientiæ, ſanoque ratiocinio repugnantes, cur erudita cenſorum judicia grato ſemper animo amplectar.

Ceterum omnia, quæ in initio annalium monui, et ad Volumen ſecundum, cujus eundem ac prioris, ſervavi ordinem, referre licet. Generaliores iterum meis obſervationibus medicis

ad quemvis mensem expositis præmissi adnotationes meas, de coeli aerisque temperie per eundem mensem variante, passim et alias a coeli quidem temperie dependentes, organismo animali nocivas potentias generales adjunxi. Peculiares vero meteorologicas observationes, quas ante designationem ægrotantium omnium per indices diligentissime perscriptas atque in tabularum formam redactas vides, ideo nequaquam putavi omittendas. Quas quum debeam *Clarissimo ac Doctissimo* D. JGNATIO STRASBERGER Seminarii ad S. KILIANUM Regenti, physices experimentalis in Academica nostra Professori publico, pro summa huic sua liberalitate ac humanitate publicas hic ago grates, habeoque.

Nequis autem, quod accidit, censorum *Clarissimus* generaliores meas adnotationes circa aeris temperiem superfluas judicet, probe perpendat, particulares observationes meteorologicas non omnes posse continere mutationes, organismo animali nocituras. Sic certe non continebunt moenum littora transgressum atque partem urbis nostræ inundantem, et similia. Hinc, quum omnia adcurate describere, in mente sit, et meas observationes adjeci, convictus, aeris temperiem, variasque illa ortas mutationes medico practico summi esse momenti. Sed hæc sufficiant lectoribus, quos hoc Vo-

lumen, et noſtros in inſtituto noſtrate clinico ſuſceptos labores benigne excipiant, etiam atque etiam rogo.

Ad illuſtrandam deſcriptionem Noſocomii atque proſpectum primo Volumini inſerta, adcuratiorem, uti promiſi, internæ ſtructuræ delineationem a verſato hiſce in rebus juvene Architecto D. SORGER tribus tabulis deſignatam huic Volumini cum tabularum explicatione ſubjeci.

Ceterum, quum perinde ſit, quo in conſcribendis annalibus hiſce ſermone utar, aliorum votis obtemperaturus, quæ poſthæc editurus ſum, volumina idiomate vernaculo elaborata proponam.

Dabam Wirceburgi.

Die 20ma Septembris 1800.

CONSPECTUS.

I.

EXPLICATIO TABULARUM.

II.

OBSERVATIONES METEOROLOGICAE.

III.

DESIGNATIO AEGROTANTIUM OMNIUM, QUI A DIE 1ma JANUARII USQUE AD 31mam DECEMBRIS ANNI 1799 IN INSTITUTO CLINICO VERSABANTUR.

IV.

OBSERVATIONES MEDICAE.

Errata notabiliora.

Pag.	14	lin.	29	pro libr. unum lege libr. unam.
—	64	—	26	— Daipnan — Daignan.
—	69	—	1	— Waffen — Warren.
—	69	—	24	— Brairs — Brains.
—	90	—	26	— Eadem. Clysmata lege Eadem clysmata.
—	202	—	28	— femoris lege femoris dextri.
—	292	—	20	— Duravat, lege Durabat.
—	300	—	4	— Ceteta, lege Cetera.
—	308	—	18	— olo lege porro.
—	339	—	1	— ad acetabulum, lege ad acetabulum dolor.
—	339	—	17	— fusculam lege jusculum.
—	339	—	18	— diluenda lege diluendi.
—	341	—	4	— teterpimum lege teterrimum.
—	341	—	21	— deligenda lege deliganda.

EXPLICATIO TABULARUM.

TABULATUM INFERIUS, QUOD DIVIDI POTEST IN

A. A.	Partem anticam, meridiem verſus ſpectantem,
B. B.	Poſticam verſus ſeptentrionem ſitam et duas laterales,
C. C.	alteram ſiniſtram verſus occidentem,
D. D.	alteram Dextram, verſus orientem.
E.	Porta principalis.
F. F.	Area.
G. G.	Fontes ſalientes.
H. H.	Canalis ſaxo quadrato exstructus.
I. I.	Balneatoria.
K. K. K.	Scalae ad hortum.
L. L. L.	Hortus botanicus.
M.	Aedes anatomicae, quarum ſtructura in alio libro a Cl. Siebold eſt expoſita.
N. N. N.	Domicilia calore incrementa plantarum tuentia.
O.	Domus lectionibus chymicis
P.	— lectionibus botanicis dicata.
Q. Q. Q. Q.	Muri Noſocomium claudentes.
a. a. a. a. a.	Stabula.
b. b. b.	Area ſat ampla.
c. c. c.	Tecta reponendis lignis et vehiculis.
d.	Aedificium linteis ſervandis et ſiccandis.
e. e.	Ceſpes viridis ad lintea lota ſiccanda.
f.	Rivulus praeterfluens.

g. Laniarium Nosocomio proprium.
h. h. Granarium cum cella.
i. Doliarium.
k. k. Domus torcularia.
l. l. l. l. l. Portæ minores.
m. m. m. Aedes variæ Oeconomiae servientes.

TABULATI INFERIORIS STRUCTURA INTERIOR.

1. Scalae principales.
2. Scalae minores.
3. Cubiculum antistitis laici.
4. Cubiculum Cancellistarum.
5. Cubiculum conciliis habendis.
6. Registratura.
7. Aerarium.
8. Cubiculum Consulentis juris periti.
9. Cubiculum janitorum.
10. Officina scriniariorum.
11. Cubiculum Concilii pro recipiendis senibus. (Vide historiam voluminis primi.)
12. Cubiculum pro conventu ad clinicum chirurgicum.
13. Cubiculum servandis linteis lotis.
14. Domicilium juvenum pauperum litteris operam navantium.
15. Cubiculum vesanarum.
16. Cubiculum pro asservandis carnibus recens mactatorum animalium.
17. Cubiculum præfectæ ancillarum.
18. Coenacula vetularum.
19. Cella penuaria.
20. Culina sat ampla.
21. Cubiculum promi condi.

22. Aditus ſub porticu ad hortum.
23. Coenaculum ſenum maſculorum et officialium.
24. Medicaminum officina domeſtica Laboratorium, cubiculum pharmacopolarum.
25. Cubiculum pro aſſervandis præparatis medicaminibus.
26. Cellarium, e quo panis et vinum quotidie diſtribuitur.
27. Cubicula pro vario uſu Oeconomico.
28. Cubiculum veſanorum.
29. Officina piſtoria et mola.
30. Porticus.
31. Angiportus.

X. X. X. X. Fontes varii in ædificio ſalientes.

O. Latrinae.

TABULATUM MEDIUM.

1. Templum cum ſacriſtia.
2. Sacellum.
3. Scalae principales.
4. Scalae minores.
5. Cubicula aegrotantium honoratiorum.
6. Cubicula ægrotantium maſculorum pro inſtituto clinico medico.
7. Cubicula ægrotantium maſculorum pro inſtituto clinico chirurgico.
8. Cubicula aegrotantium foeminarum pro inſtituto clinico chirurgico.
9. Cubicula ægrotantium foeminarum pro inſtituto clinico medico.

10. Cubiculum operationum.
11. Domicilium Parochi antiſtitis.
12. Cubiculum vario uſui oeconomico dicatum.
13. Cubicula varia pro ægris honoratioribus et maniacis foeminis.
14. Cubicula vetularum.
15. Cubiculum aeditui.
16. Cubiculum ſenum maſculorum.
17. Cubicula varia pro ægris honoratioribus maſculis et maniacis.
18. Cubiculum rabidorum.
19. Cubiculum aſſervandæ farinæ.
20. Angiportus et veſtibula.

X.X.X.X. Fontes ſalientes varii.

O.O.O.O. Latrinae.

TABULATUM SUPREMUM.

1. Templum.
2. Sacellum.
3. Scalae principales.
4. Scalæ minores.
5. Cubiculum medici adſiſtentis.
6. Cubicula deſtinata inſtituto ægrotantium ancillarum. (Vide historiam voluminis primi.)
7. Cubiculum prælectionibus clinico medicis deſtinatum.
8. Cubiculum aſſervandis inſtrumentis chirurgicis.
9. Cubicula inſtituti opificum ægrotantium.
10. Cubiculum adſistentium Chirurgorum.

11. Cubicula pro ſcabioſis foeminis et maſculis.
12. Cubiculum ægrotantium ſtudioſorum.
13. Domicilium ſacellanorum.
14. Cubicula vetularum honoratiorum.
15. Cubicula vetularum.
16. Cubicula ſenum maſculorum.
17. Cubiculum ſutoris domestici.
18. Cubiculum pro aſſervandis herbis ad officinae domesticae uſum.
19. Cubiculum pro vario uſu oeconomico.
20. Angiportus et veſtibula.

O. O. O. O. Latrinæ.

OBSERVATIONES
METEOROLOGICAE.

MENSE JANUARIO.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27″.	11,9‴	3°,5	N.
2	28	0,4	7,7	N.
3	27	11,1	7,7	N.
4	27	11,1	1,0	N.
5	27	10,8	1,2	N.
6	27	9,9	5,0	S.
7	27	9,6	5,0	W. SW.
8	27	9,5	4,6	SW. NO.
9	27	10,2	1,9	SW.
10	27	9,8	0,2	NW.
11	27	10,3	0,3	N.
12	27	11,8	6,5	S. NO.
13	28	0,0	8,9	S. SW.
14	28	0,4	4,8	N. W.
15	28	0,2	2,4	N. W.
16	27	11,1	1,5	SW. W.
17	27	10,2	1,2	WWS. NO.
18	27	10,2	6,0	SW.
19	27	11,3	8,0	W.
20	27	10,8	9,6	W.
21	27	9,9	9,7	W.
22	27	9,1	7,2	W.
23	27	6,0	3,7	SW.
24	27	5,8	2,0	S.
25	27	5,1	3,2	S. SW.
26	27	4,6	2,3	W. SW.
27	27	2,8	3,4	SW. S.
28	27	0,3	2,0	W.
29	27	4,0	1,6	SW.
30	27	0,2	1,5	NO.
31	27	3,8	1,2	N.

MENSE FEBRUARIO.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27″.	1,3‴	3°,7	S. SW.
2	26	11,1	3,7	W.
3	27	1,9	0,7	SW. W.
4	27	1,8	1,4	W. S.
5	27	2,2	3,6	NW.
6	27	2,9	2,7	NO.
7	27	6,2	4,4	N.
8	27	9,	5,0	M. NW.
9	27	9,6	7,4	NW. N.
10	27	10,8	1,1	NW. N.
11	27	1,9	1,2	O. NO.
12	27	0,2	2,9	SO. NNW.
13	27	7,2	2,1	W. SSW.
14	27	6,9	0,4	SW.WWS.
15	27	4,5	3,1	SW. S.
16	27	0,6	4,5	SSW.
17	27	1,6	2,6	SW.
18	27	6,4	1,3	W.
19	27	5,6	6,2	SW.
20	27	4,1	5,0	W.
21	27	6,4	7,7	SW.
22	27	8,9	7,7	W. SW.
23	27	10,4	6,5	SW.
24	27	9,8	5,5	SW. W.
25	27	8,7	4,9	NW. W.
26	27	9,2	3,6	W. NW.
27	27	7,3	3,7	SW.WWS.
28	27	8,6	7,0	W. NW.

MENSE MARTIO.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27''	8,2'''	6,7	SO. SW.
2	27	6,4	6,9	O. S.
3	27	8,9	3,8	NW. NO.
4	27	9,3	2,5	NW. NO.
5	27	8,0	1,2	N. NW. NO.
6	27	7,5	2,5	N. NW.
7	27	8,1	0,6	NW.
8	27	7,9	0,9	SW.
9	27	5,7	3,5	N. W.
10	27	7,8	3,5	NO.
11	27	7,7	4,8	O.
12	27	7,2	3,7	O.
13	27	2,7	2,4	O.
14	27	1,4	3,2	S.
15	27	3,5	4,5	S. W.
16	27	3,8	2,4	SW. NW.
17	27	3,4	3,0	NO.
18	27	2,6	4,6	NO.
19	27	4,4	3,5	SW.
20	27	2,6	5,2	NO.
21	27	3,6	4,7	NO.
22	27	4,7	3,9	NO.
23	27	4,3	5,8	N.
24	27	4,	8,8	NW.
25	27	3,9	8,7	SW. O.
26	27	5,	9,3	O. SW.
27	27	3,2	6,5	W. SW.
28	27	2,9	5,1	SW.
29	27	6,2	3,0	NW.
20	27	6,6	0,9	N. NO.
31	27	2,7	0,6	NO. N.

MENSE APRILI.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27''	3,0'''	0°,4	N. NO.
2	27	4,8	1,8	N. O.
3	27	5,	1,3	O.
4	27	5,6	2,6	NO.
5	27	3,6	5,6	O. SO.
6	27	1,6	6,4	NO.
7	27	4,1	8,0	W.
8	27	5,4	10,5	SO.
9	27	4,8	8,0	SW. W.
10	27	1,8	7,6	SSW.
11	27	1,8	7,7	SW. W.
12	27	3,9	3,2	SW.
13	27	7,2	9,8	SW.
14	27	7,1	9,5	N. NO.
15	27	2,5	14,7	S. O.
16	27	2,7	10,9	S. SW.
17	27	2,8	9,4	SW.
18	27	0,2	8,7	SW.
19	26	11,7	7,6	SW.
20	27	1,2	7,8	SW.
21	27	4,6	7,4	SW. SO.
22	27	5,1	6,8	NW.
23	27	3,	9,3	O.
24	27	2,7	10,5	NW.
25	27	3,7	6,5	WN. W.
26	27	4,4	4,5	SW. W.
27	27	5,2	5,2	W.
28	27	4,9	5,8	W. SW.
29	27	4,2	6,1	NW.
30	27	5,1	6,4	N. NO.

MENSE MAIO.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27''	4,5'''	6°,7	N. NW.
2	27	3,2	7,2	W.
3	27	2,5	6,0	N.
4	27	4,8	7,6	NW. W.
5	27	4,5	13,9	SO.
6	27	4,1	12,3	NO.
7	27	2,3	12,7	SO. SW.
8	27	1,7	13,5	N.
9	27	0,8	13,9	NW.
10	27	2,	10,5	W. SW.
11	27	2,5	10,2	W.
12	27	2,7	10,4	SW. W.
13	27	4,4	11,0	S.
14	27	3,2	10,8	SSW.
15	27	3,4	9,6	NW.
16	27	8,5	7,9	NW.
17	27	9,3	9,5	NO. W.
18	27	4,8	10,6	SW.
19	27	4,6	11,0	SW.
20	27	3,8	12,8	SW. W.
21	27	6,1	10,6	W. vehem.
22	27	6,7	10,3	W. vehem.
23	27	7,8	11,9	W.
24	27	6,8	12,8	NW.
25	27	9,7	9,9	SW.
26	27	8,1	12,6	W. NW.
27	27	7,9	11,2	NW.
28	27	9,1	12,0	NO. O.
29	27	7,7	13,9	SO. O.
30	27	5,4	14,5	SO. S.
31	27	6,2	12,9	SW.

MENSE JUNIO.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27″.	6,5‴	12°,8	NO.
2	27	4,3	16,0	NW.
3	27	3,9	11,2	SW.
4	27	3,7	13,3	SW.
5	27	6,1	12,4	SW.
6	27	9,3	13,0	NW.
7	27	10,9	13,3	NW. NO.
8	27	10,3	15,6	NO. NW.
9	27	7,8	17,4	NO.
10	27	5,8	18,7	S.
11	27	5,2	16,0	W.
12	27	6,2	12,8	NW. NO.
13	27	2,9	10,0	W.
14	27	3,3	8,6	NW.
15	27	5,8	9,5	NW.
16	27	6,9	11,0	NO.
17	27	7,1	12,0	NW.
18	27	7,	13,3	NW.
19	27	6,5	14,1	NW.
20	27	7,2	13,9	NW.
21	27	7,7	14,0	NW.
22	27	7,2	15,6	NO.
23	27	4,4	15,4	MW. S.
24	27	4,7	12,6	W. NW.
25	27	8,2	11,1	NW. W.
26	17	6,5	13,3	NO.
27	27	6,8	14,2	NW. N.
28	27	7,9	13,6	NW.
29	27	7,9	13,5	W. NW.
30	27	6,9	14,1	NW.

MENSE JULIO.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27''	6, 9'''	15°, 5	W.
2	27	6, 9	16, 6	W. SW.
3	27	6, 8	17, 7	SW. W.
4	27	7,	17, 0	NW. W.
5	27	7, 3	18, 5	NW.
6	27	7, 9	19, 0	N.
7	27	7, 3	20, 7	NW. W.
8	27	6, 6	19, 9	N.
9	27	5, 8	18, 9	NW.
10	27	5, 7	18, 3	NW.
11	27	4, 9	17, 3	S. W.
12	27	3,	17, 1	W. SW.
13	27	4, 8	14, 8	W.
14	27	6, 4	13, 6	W.vehm.W
15	27	4, 9	15, 5	W. SW.
16	27	5,	12, 5	W. SW.
17	27	5, 6	11, 8	NW. W.
18	27	2, 5	12, 2	W. SW.
19	27	1, 9	13, 3	W. SW.
20	27	4,	10, 8	SW.NW.v.
21	27	4, 4	11, 3	SSW. W.
22	27	4, 3	11, 5	SSW. NW.
23	27	3, 6	12, 1	SW.
24	27	3, 3	13, 2	SSW. S.veh.
25	27	4, 5	12, 5	W.
26	27	5, 6	13, 0	SSW. vehem
27	27	4, 8	15, 0	W.
28	27	4, 5	14, 6	SW. W.
29	27	4, 2	14, 1	S. W.
30	27	6, 2	11, 0	W.
31	27	6, 8	11, 9	W. SW.

MENSE AUGUSTO.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27"	6,	15°,6	S.
2	27	7,2'''	15,6	W.
3	27	4,8	16,5	SSW.
4	27	5,1	17,3	W.
5	27	4,1	17,4	SSW.
6	27	6,	17,7	SSW.
7	27	6,1	18,9	W. SW.
8	27	6,8	19,2	W. SO.
9	27	6,4	18,8	SSW. W.
10	27	7,4	15,4	W.
11	27	6,6	16,3	W. O.
12	27	6,3	15,9	NW.
13	27	7,5	15,3	NW.
14	27	7,3	16,8	N.
15	27	5,1	17,8	S. SW.
16	27	6,2	14,9	SW.
17	27	4,3	14,2	W. SW.
18	27	5,3	14,7	SW.
19	27	5,1	14,7	SW.
20	27	4,4	14,5	W. NW.
21	27	4,2	11,5	NW.
22	27	8,9	13,5	NW. W.
23	27	7,9	15,5	SW.
24	27	6,1	15,1	SW.
25	27	6,3	11,4	NW.
26	27	9,	9,4	W.
27	27	8,2	11,4	NWW. S.
28	27	6,2	14,5	W. SW.
29	27	6,7	13,0	W.
30	27	8,8	12,4	W. SW.
31	27	5,6	12,6	SWW.

MENSE SEPTEMBRE.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27''	6,1'''	13,7	SW. W.
2	27	9,6	10,6	NW. W.
3	27	10,1	11,6	NW. W.
4	27	10,	12,0	W.
5	27	10,5	12,5	W. NW.
6	27	10,6	11,8	NW. N.
7	27	9,8	10,7	N.
8	27	8,5	10,7	N. NO.
9	27	7,	10,4	NW. N.
10	27	7,2	11,9	NOO. SW.
11	27	6,2	11,3	NO. N.
12	27	4,6	11,0	SW.
13	27	4,3	11,6	SW.
14	27	3,9	10,0	S.W S.
15	27	5,6	10,1	N. W.
16	27	5,8	10,0	SWW.
17	27	5,6	10,4	SW. S.
18	27	4,8	11,9	SW.
19	27	3,5	10,6	S.
20	27	2,5	11,6	SW.
21	27	3,9	10,1	W.
22	27	2,	17,1	SO. SW.
23	27	3,3	11,4	S. SW.
24	27	6,4	11,5	SW.
25	27	8,2	11,1	S. SW.
26	27	6,	13,1	N. SO.
27	27	6,5	12,7	SW.
28	27	4,1	13,9	S. SW.
29	27	2,2	11,5	SWW.
30	27	1,6	9,4	SW.

MENSE OCTOBRE.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27″.	2,1‴	9°,7	S. SW.
2	27	4,5	7′9	NW.
3	27	6,6	8′7	SW.
4	27	3,4	8′6	SW.
5	27	5,6	7′4	NW. W.
6	27	7,7	8′0	SW.
7	27	6,3	11′2	SW.
8	27	3,1	11′4	SW.
9	27	3,1	8′8	W.
10	27	7,	7′7	NW. W.
11	27	9,4	6′8	W. SW.
12	27	8,8	7′1	S. SO.
13	27	6,4	8′6	N. O.
14	27	5,3	8′9	W.
15	27	7,6	6,5	NW.
16	27	7,3	5,7	NW.
17	27	6,5	3,6	W. NW.
18	27	6,6	4,0	SW. N.
19	27	6,8	5,0	SW. W.
20	27	5,8	3,5	O. SO.
21	27	5,	3,5	N. SW.
22	27	6,3	5,2	SWW. W.
23	27	5,3	4,1	O. S.
24	27	2,2	6,7	NNO. S.
25	27	3,8	6,7	SW.
26	27	7,7	7,0	SWW.
27	27	9,8	5,6	NW. N.
28	27	10,5	5,1	N. W.
29	27	9,7	5,6	S. O.
30	27	5,2	5,8	NNO. ONO.
31	27	3,2	7,3	SW.

MENSE NOVEMBRE.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27''	0, 4'''	7, 4	S. NO.
2	27	2, 9	7, 6	S. SW.
3	27	7, 3	7, 3	W.
4	27	5, 4	8, 0	SW.
5	27	7, 2	6, 3	SW.
6	27	4, 5	4, 0	SW. W.
7	27	1, 6	5, 8	SW. W.
8	27	1, 6	4, 4	SW. W.
9	27	3, 9	3, 8	S. NWW.
10	27	6, 5	3, 0	S. W.
11	27	4, 9	3, 4	SW.
12	27	5, 5	5, 7	W.
13	27	6, 9	6, 8	SW.
14	27	7, 1	4, 4	SO. O.
15	27	9, 9	4, 2	S.
16	27	9, 2	4, 4	W. NNO.
17	27	9, 6	4, 6	S. SW.
18	27	9, 9	2, 0	SW.
19	27	10, 6	3, 2	W. WNW.
20	27	0, 4	1, 7	W.
21	27	10, 9	0, 9	NW.
22	27	10, 5	3, 4	NW.
23	27	10, 5	2, 6	O. NO.
24	27	9, 9	0, 7	SO.
25	27	8, 9	1, 0	S.
26	27	9, 7	0, 6	N. SO.
27	27	10, 6	2, 1	NO.
28	27	10, 7	1, 0	NO.
29	27	9, 4	1, 0	S.
30	27	7, 8	0, 3	NO.

MENSE DECEMBRE.

Dies.	Barometrum.		Thermomet.	Ventus.
1	27''	5,4'''	10,0	NW.
2	27	0,6	0,1	NW.
3	27	0,7	1,4	
4	27	0,7	1,8	
5	27	3,8	2,1	W.
6	27	6,1	3,2	
7	27	6,8	3,2	
8	27	6,3	3,0	
9	27	6,6	3,8	
10	27	7,4	2,5	
11	27	7,5	0,5	NW.
12	27	8,9	0,7	
13	27	8,5	1,7	O.
14	27	6,5	1,0	
15	27	6,6	0,6	
16	27	3,7	1,8	
17	27	1,8	1,1	NO.
18	27	1,8	1,8	
19	27	6,5	4,5	
20	27	,89	7,7	
21	27	7,4	7,5	N.
22	27	7,2	5,2	
23	27	7,3	5,4	
24	27	7,	6,6	NW.
25	27	6,9	6,0	
26	27	7,	4,3	
27	27	8,9	6,1	
28	27	8,9	12,5	N.
29	27	9,5	12,2	S.N.
30	28	0,1	15,9	W.
31	28	2,1	12,4	

DESIGNATIO
AEGROTANTIUM OMNIUM,

qui a die 1ma Januarii usque ad 31mam Decembris 1799 in instituto clinico versabantur.

DESIGNATIO
MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS	VITAE GENUS.	Aetas.
Carolus Lampe.	Goſſmannsdorf.	Fabri lignarii filius.	6
Andreas Lauderbach.	Siegendorf.	Famulus ruſticus.	24
Vitus Zirk.	Neuſtadt ad Saalam.	Ludimagiſter.	38
Johannes Kiefer.	Gernsbach.	Vietor.	19
Anton Böttger.	Sachſen.	Famulus cellarius.	48
Sebaſtian Bergold.	Bieberehren.	Famulus ruſticus.	43
Stephan. Grünewald.	Grünsfeld Zimmern.	Ludimagiſter.	19
Michael Jona.	Schlatknitz.	Hortulanus.	20
Jacobus Adamo.	Johannesberg.	Piſtor.	23
Carolus Seitz.	Jagstberg	Sartor.	18
Georg Werner.	Wirzburg.	Mercenarius.	66
Johannes Reichert.	Mainz.	Faber	23
Georg. Achtmann.	Dippach.	Rhedarius.	33
Georg. Lederer.	Wirzburg.	Scriniarius.	15
Johannes Liebler.	Dettelbach.	Studioſus.	18
Jacobus Staud.	Wirzburg.	Pileator.	21
Nicolaus Ranzer.	Bamberg.	Carpentarius.	25
Ludovicus Ruppert.	Mainz.	Faber.	22
Johannes Haefner.	Oberſchwarzach.	Famulus ruſticus.	40
Franciſcus Aders.	Rechlingshauſsen.	Scriniarius.	22
Jacobus Hiegerich.	Wirzburg.	Sutor.	15
Godefridus Vei.	Wirzburg.	Sutor.	22
Petrus Varvaquer.	Flandria.	Presbyter.	54
Johannes Groll.	Zellingen.	Sartor.	25
Ignatius Kelm.	Baaden.	Theologus.	24
Georg Boegner.	Wirzburg.	Molitor.	24
Leonard. Munkert.	Nürnberg.	Scriniarius.	21
Joſephus Stumpf.	Hauſſen.	Studioſus.	19
Jacobus Kohl.	St. Wendel.	Faber.	22

AEGROTORUM 1799.
JANUARIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Hemiplegia.	19na Sept.		
Febris hectica.	10ma Octo.		
Ophthalmia ex Arthritite cum destructione oculorum.	14ta November.	3tia Januarii.	Palliative sanatus.
Scabies.	17ma Nov.	21ma Jan.	Sanatus.
Phthisis tuberculosa.	21ma Nov.	25ta Jan.	Palliative sanatus.
Arthritis.	25ta Nov.		
Scabies.	12ma Dec.	15ta Jan.	Sanatus.
Febris rheumat.	17ma Dec.	10ma Jan.	Sanatus.
Diarrhoea.	26ta Dec.	6ta Jan.	Sanatus.
Scabies.	28va Dec.	27ma Jan.	Sanatus.
Scabies.	28va Dec.	8va Jan.	Sanatus.
Rheumatismus.	29na Dec.	3tia Jan.	Sanatus.
Arthritis.	31 ma Dec.	26ta Jan.	Sanatus.
Angina.	2da Januar.	12ma Jan.	Sanatus.
Rheumatismus.	4ta Januar.		
Paralysis.	4ta Januar.		
Phthisis.	4ta Jan.		
Febris catarrhalis.	4ta Jan.	15ta Jan.	Sanatus
Peripneumonia.	4ta Jan.	17ma Jan.	Sanatus.
Febris intermitteus tertiana.	8va Januar.		
Scrofulae.	8va Januar.		
Pleuritis rheumatica.	8va Januar.	20ma Jan.	Sanatus.
Peripneumonia.	14ta Jan.		
Scabies.	14ta Jan.		
Ossium tumores.	15ta Jan.		
Rheumatismus.	19na Jan.		
Scabies.	25ta Jan.		
Phthisis tuberculosa.	25ta Jan.		
Ophthalmia rheumatica	26ta Jan.	30ma Jan.	Saaatus.

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetus.
Johannes Krotsch.	Oberfinn.	Faber.	16
Kilianus Anfelm.	Mainz.	Vitriarius.	21
Josephus Schedel.	Gerbrunn.	Textor.	23

* * * * * * * * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis
Carolus Lampe.	Goffmannsdorf.	Fabri lignarii filius.	6
Andreas Lauterbach.	Siegendorf.	Famulus rufticus.	24
Sebaftian Bergold.	Bieberehren.	Famulus rufticus.	43
Johannes Liebler.	Dettelbach.	Studiofus.	18
Jacobus Staud.	Wirzburg.	Pileator.	21
Nicolaus Banzer.	Bamberg.	Carpentarius.	25
Jacobus Hiegerich.	Wirzburg.	Sutor.	15
Francifcus Aders.	Rechlingshaufen.	Scriniarius.	22
Petrus Varvaquer.	Flandern.	Presbyter.	54
Johannes Kroll.	Zellingen.	Sartor.	25
Jgnatius Kelm.	Baaden.	Theologus.	24
Georgius Boegner.	Wirzburg.	Molitor.	24
Leonard. Munkert.	Nürnberg.	Scriniarius.	21
Jofephus Stumpf.	Hauffen.	Studiofus.	19
Johannes Krotfch.	Oberfinn.	Faber.	16
Kilianus Anfelm.	Mainz.	Vitriarius.	21
Jofephus Schedel.	Gerbrunn.	Textor.	23
Martinus Formanik.	Maehren.	Rhedarius.	29
Cafparus Ringelmann	Wirzburg.	Sartor.	24
Jofephus Majer.	Kempten.	Sartor.	20
Friedericus Kuhn.	Hartheim.	Molitor.	52
Philippus Müller.	Trier.	Sartor.	21

JANUARIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	
Pleuritis rheumatica.	29na Jan.		
Scabies.	30ma Jan.		
Pleurisis rheumatica,	31ma Jan.		

*** *** ***

FEBRUARIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Hemiplegia.	19na Sept.		
Febris hectica.	10ma Oct.		
Arthritis.	25ta Nov.	8va Febr.	Palliative Sanatus.
Rheumatismus.	4ta Jan.	13tia, Febr.	Sanatus.
Paralyſis.	4ta Januar.		
Phthiſis.	4ta. Jan.	20ma Febr.	Palliative Sanatus.
Scrofulae.	5ta Jan.	15ta Febr.	Sanatus.
Febris interm. tertiana.	8ta Jan.	21ma Febr.	Sanatus.
Peripneumonia.	13tia Jan.	12ma Febr.	Sanatus.
Scabies.	14ta Jan.	10ma Febr.	Sanatus.
Oſſium tumores.	15ta Jan.		
Rheumatismus.	19na Jan.	26ta Febr.	Sanatus.
Scabies.	25ta Jan.	15ta Febr.	Sanatus.
Phthiſis tuberculoſa.	25ta Jan.		
Pleuritis rheumatica.	29na Jan.	2da Febr.	Sanatus.
Scabies.	30ma Jan.	17ma Febr.	Sanatus.
Febris rheumatica.	31ma Jan.		
Hydrothorax.	1ma Febr.		
Scabies.	4ta Febr.		
Rheumatismus.	7ma Febr.	15ta Febr.	Sanatus.
Vomitus chronicus.	8va Febr.		
Scabies.	10ma Febr.		

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Ant. Kuchenmeifter.	Zell.	Scriniarius.	15
Nicolaus Bauer.	Wirzburg.	Scriniarius.	23
Jofephus Fey.	Oberwefsel.	Mercator.	22
Wolfgang Werrlein.	Wirzburg.	Sutor.	19
Johannes Scheinler.	Schweinheim.	Sutor.	21
Michael Reifch	Gemünden.	Coriarius.	19
Michael Salzinger.	Wirzburg.	Pannorum textor.	67
Jacobus Sauer.	Wirzburg.	Mercenarius.	44
Georgius Luckart.	Randesacker.	Mercenarius.	80

* * * * * * * * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Carolus Lampe	Gofsmannsdorf.	Fabri lignarii filius.	6
Andreas Laudenbach	Siegendorf	Famulus rufticus.	24
Jacobus Staud.	Wirzburg	Pileator.	21
Ignatius Kelm.	Baaden	Tbeologus.	24
Jofephus Stumpf.	Haufsen.	Studiofus.	19
Jofephus Schedel.	Gerbrunn.	Textor.	23
Martinus Formanick	Maehren.	Rhedarius.	29
CafparusRingelmann	Wirzburg.	Sartor.	24
Fridericus Kuhn.	Hartheim.	Molitor.	52
Phillipus Müller.	Trier.	Sartor.	21
Jofephus Fey.	Oberwefsel.	Mercator.	22
Johannes Scheinler.	Schweinheim.	Sutor.	21
Michael Reifch.	Gemünden	Coriarius.	19
Michael Salzinger.	Wirzburg	Pannorum Textor.	67
Jacobus Sauer.	Wirzburg.	Mercenarius.	44
Georgius Luckart.	Randesacker.	Mercenarius.	80

FEBRUARIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Febris catarrhalis.	11ma Febr.	22da Febr.	Sanatus.
Febris nervoſa.	13tia Febr.	16ta Febr.	Mortuus.
Scabies.	19na Febr.		
Rheumatismus.	19na Febr.	25ta Febr.	Sanatis.
Arthritis acuta.	19na Febr.		
Peripneumonia.	21ma Febr.		
Debilitas.	26ta Febr.		
Peripnenmonia.	27ta Febr.		
Peripneumonia.	28va Febr.		

* * * * * * * * *

MARTIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſions.	Eventus curae.
Hemiplegia,	19. Sept. 1798.	22. Martii.	Mortuus.
Febris hectica.	10. O. 1798	15. Martii.	Palliative ſanatus.
Paralyſis.	4. Januar.		
Oſſium tumores.	15ta Jan.		
Phthiſis tuberculoſa.	25ta Jan.	12. Martii.	Palliative ſanatus.
Pthiſis tuberculoſa.	31. Januar.		
Hydrothorax.	1. Februar.	22. Martii.	Palliative ſanatus.
Scabies.	4. Febr.	7. Martii.	Sanatus.
Vomitus chronicus.	8. Febr.	9. Martii.	Sanatus.
Scabies.	10. Febr.	11. Martii.	Sanatus.
Scabies.	19. Febr.		
Rheumatiſmus.	19. Febr.		
Peripneumonia.	21. Febr,	4. Martii.	Sanatus.
Debilitas.	26. Febr.	7. Martii.	Palliative Sanatus.
Peripneumonia.	27. Febr.	6. Martii.	Sanatus.
Peripneumonia.	28. Febr.	13. Martii.	Sanatus.

MENSE

NOMEN.	LOCIS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Andreas Hartmann.	Sulzthal.	Faber.	15
Josephus Büchold.	Kitzingen.	Sutor.	20
Wolfgang. Werrlein	Wirzburg.	Sutor.	19
Georgius Haas.	Schaumberg.	Sartor.	20
Michael Kümmet.	Halsheim.	Sutor.	15
Antonius Fefer.	Arnstein.	Faber.	26
Antonius Fuchs.	Neuhaussen.	Sutor.	21
Jacobus Burkhäusser	Sulzfeld.	Mercenarius.	16
Conradus Fenn.	Adelsberg.	Mercenarius.	72
Michael Vollmuth.	Wirzburg.	Sutor.	25
Stephanus Riegel.	Wirzburg.	Sartor.	22
Simon Sanert.	Bamberg.	Molitor.	24
Josephus Hegenwald.	Essleben.	Barbitorsor.	20
Franciscus Worum.	Karlsruhe.	Scriniarius.	26
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Burcardus Jäger.	Heidelberg.	Sartor.	20
Petrus Feineis.	Wirzburg.	Typographus.	15
Steph. Müller.	Anspach.	Sartor.	22
Michael Brüssler.	Oberösterreich.	Tinctor.	27
Georgius Heilmann.	Königshofen.	Molitor.	22

* * * * * * * * * MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Jabocus Staud.	Wirzburg.	Pileator.	21
Ignatius Kelm.	Baaden.	Theologus	24
Josephus Fey.	Oberwesel.	Mercator	22
Johannes Scheinler.	Schweinsheim.	Sutor.	21
Josephus Büchold.	Kitzingen.	Sutor.	20
Georgius Haas.	Schaumberg.	Sartor.	20
Antonius Fuchs.	Neuhaussen.	Sutor.	21

MARTIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Febris catarrhalis.	1. Martii.	6. Martii.	Sanatus.
Debilitas post Febrem nervosam.	2. Martii.		
Rheumatismus.	4. Martii.	10. Martii.	Sanatus.
Scabies.	7. Martii.		
Scabies.	7. Martii.	25. Martii.	Sanatus.
Tumor lymphaticus.	7. Martii.	31. Martii.	Dimissus.
Febris interm. anomala	9. Martii.		
Febris nervosa cum adfectione pulmonum.	9. Martii.		
Debilitas.	10. Martii.		
Phthisis tuberculosa.	12. Martii.	31. Martii.	Palliative sanatus.
Rheumatismus.	14. Martii.	23. Martii.	Sanatus.
Peripneumonia.	15. Martii.	20. Martii.	Sanatus.
Arthritis	17. Martii.		
Arthritis	18. Martii.		
Paralysis	19. Martii.		
Scabies.	19. Martii.		
Phthisis	23. Martii.		
Scabies.	25 Martii.		
Pleuritis.	27. Martii.		
Pleuritis.	31. Martii.		

APRILI.

* * *   * * *   * * *

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Paralysis.	4. Januar.	27. April.	Mortuus.
Ossium tumores.	15. Jan.	17. April.	Sanatus.
Scabies.	19. Febr.	12. April.	Sanatus.
Arthritis sthenica.	19. Febr,	12. April.	Sanatus.
Debilitas post Febr. nervosam.	2. Martii.	30. April.	Sanatus.
Scabies.	7. Martii.	8. April.	Sanatus.
Febr. interm. anomala.	9. Martii.	6. April.	Sanatus.

NOMEN.	LOCUS NATALIS,	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Jacobus Burkhäufser	Sulzfeld.	Mercenarius.	16
Conradus Fenn.	Adelsberg.	Mercenarius.	72
Jofephus Schedel.	Gerbrunn.	Textor.	23
Jofephus Hegenwald	Efsleben.	Barbitorfor.	20
Francifcus Worum	Karlsruhe.	Scriniarius.	26
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Burcardus Jäger.	Heidelberg.	Sartor.	20
Petras Feineis.	Wirzburg.	Typographus.	15
Stephanus Müller.	Anfpach.	Sartor.	22
Michael Brüfsler.	Oberöfterreich.	Tinctor.	27
Georg us Heilmann.	Königshofen.	Molitor.	22
Carolus König.	Neurubin.	Pellio.	20
Anfelmus Strab.	Eftetten.	Scriniarius.	23
Bernard Franz.	Karlftadt.	Pectinarius.	18
Ant. Kuchenmeifter.	Zell.	Scriniarius.	14
Cafparus Mofser.	Eltmann.	Mercenarius.	19
Autonius Böhm.	Böhmen.	Faber.	22
Louis Dubois.	Flandern.	Sartor.	25
Francifcus Berg.	Oberwallbach.	Barbitorfor.	16
Andreas Wambach.	Höchft.	Sartor.	24
Carolus Blumm.	Binnswangen.	Mercenarius.	50
Francifcus Praufs.	Rofsdorf.	Sartor.	16
Stanislaus Hallbauer.	Hartheim.	Studiofus.	18
Jofephus Gehlinger.	Malzheim.	Tornator.	33
Henricus Riefing.	Wirzburg.	Zonarius.	16
Francifcus Seifert.	Unteraltenbernheim	Barbitonfor.	22
Michael Heilmann.	Hafsfurth.	Coriarius.	18
Georgius Böger.	Karlbach.	Faber.	16
Mathias Wedler.	Wirzburg.	Pifcator.	36
Cafparus Angele.	Sulmingen.	Faber.	24
Adamus Kohlmajer.	Bütthardt.	Reftiarius.	19

*** *** ***

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Febris nervosa cum adfectione pulmonum	9. Martii.	11. April.	Sanatus:
Debilitas.	10. Martii.		
Phthisis tuberculosa.	31. Januar.		
Arthritis.	17. Martii.	6. April.	Sanatus.
Arthritis.	18. Martii.	10. April.	Sanatus.
Paralysis.	19. Martii.		
Scabies.	19. Martii.	22. April.	Sanatus.
Phthisis.	23. Martii.		
Scabies.	25. Martii.	13. April.	Sanatus.
Pleuritis.	27. Martii.	8. April.	Sanatus.
Pleuritis.	31. Martii.	5. April.	Sanatus.
Pleuritis.	1. April.	6. April.	Sanatus.
Pleuritis.	4. April.	7. April.	Sanatus.
Pleuritis.	4. April.	14. April.	Sanatus.
Pleuritis.	4. April.	8. April.	Sanatus.
Rheumatismus.	4. April.	14. April.	Sanatus.
Peripneumonia.	6. April.	10. April.	Sanatus.
Scabies.	8. April.		
Peripneumodia.	10. April.	24. April.	Sanatus.
Pleuritis rheumat.	11. April.	22. April.	Sanatus.
Febris catarrhalis.	13. April.	22. April.	Sanatus.
Scabies.	13. April.		
Scabies.	17. April.		
Peripneumonta.	17. April,	27. April.	Sanatus.
Diarrhoea.	17. April.		
Peripneumonia.	18. April.	29. April.	Sanatus.
Febris intermittens tertiana.	19. April.		
Rheumatismus.	21. April.	29. April.	Sanatus.
Febris rheumatica.	24. April.	30. April.	Sanatus.
Debilitas universalis c. capitis exanthemate.	27. April.		
Pleuritis rheumatica.	29. April.		

* * * * * * * * *

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Conradus Fenn.	Adelsberg.	Mercenarius.	72
Josephus Schedel.	Gerbrunn.	Textor.	23
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Petrus Feineis.	Wirzburg.	Typographus.	15
Louis Dubois.	Flandern.	Sartor.	25
Franciscus Krauss.	Rossdorf	Sartor	16
Stanislaus Hallbauer.	Hartheim	Studiosus.	18
Henricus Riesing.	Wirzburg	Zonarius.	16
Michael Heilmann.	Hassfurth.	Coriarius.	18
Casparus Angele.	Sulmingen.	Faber.	24
Adamus Kohlmajer.	Bütthart	Restiarius.	19
Franciscus Hartmann	Machtelshaussen.	Vietor.	22
Ignatius Rössler	Bajern.	Coriarius.	20
Georg. Kernstock.	Heidelberg	Eremita.	75
Petrus Gröller.	Grossenlangheim,	Mendic. Tribunus.	71
Johannes Burr.	Haidenheim	Faber.	22
Franciscus Ruelius.	Hochheim.	Sartor.	22
Michael Dietz.	Donnersdorf	Famulus rusticus.	20
Laurentius Ziegler.	Rieden	Famulus rusticus.	25
Michael Rinz.	Heimhaussen	Sartor.	17
Ludovicus Küttel.	Wirzburg.	Sartor.	15
Andreas Wambach.	Höchst.	Sartor.	24
Sebastianus Majer.	Wirzburg	Faber.	21
Thomas Stöcklein,	Königsheim.	Vietor.	19

* * *   * * *   * * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scrinarius.	29
Georgius Kernstock.	Heidelberg.	Eremita.	75
Petrus Gröller.	Grossenlangheim.	Mendicor. tribunus.	71

MAJO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Debilitas univerſalis.	10. Martii.	8. Maji	Palliative ſanatus.
Phthiſis tuberculoſa.	31. Januar.	8. Maji	Palliative ſanatus.
Paralyſis.	19. Martii.		
Phthiſis.	23. Martii.	11. Maji	Palliative ſanatus.
Scabies.	8. April.	8. Maji	Sanatus.
Scabies.	13. April.	19. Maji	Sanatus.
Scabies.	17. April.	5. Maji	Sanatus.
Diarrhoea.	17. April,	11. Maji	Sanatus.
Febr. interm. tertiana.	19. April.	7. Maji	Sanatus.
Debilitas univerſal. cum capitis exanthemate.	27. April.	12 Maji	Sanatus.
Pleuritis rheumatica.	29. April.	7. Maji	Sanatus.
Scabies.	5. Maji.	12. Maji	Sanatus.
Ophthalmia.	5. Maji	12. Maji	Sanatus.
Eryſipelas.	8. Maji		
Aſthma,	9. Maji		
Pleuritis rheumatica.	12. Maji	26. Maji.	Sanatus.
Scabies.	13. Maji		
Struma.	14. Maji		
Paralyſis.	14. Maji		
Scabies.	21. Maji		
Debilitas univerſalis.	26. Maji		
Diarrhoea.	30. Maji		
Rheumatismus.	31. Maji		
Rheumatismus.	31. Maji.		

*** *** ***

JUNIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Paralyſis.	19. Martii.		
Eryſipelas.	8. Maji	11. Junii.	Sanatus.
Aſthma.	9. Maji	25. Junii.	Sanatus.

NOMEN.	LOCUS NATALIS	VITAE GENUS.	Aetat. ann.
Franciſcus Ruelius.	Hochheim.	Sartor.	22
Michael Dietz.	Donnersdorf	Famulus ruſticus.	20
Laurentius Ziegler.	Rieden	Famulus ruſticus.	25
Michael Rinz.	Heimhauſsen	Sartor.	17
Ludovicus Küttel.	Wirzburg.	Sartor.	15
Andreas Wambach.	Höchſt.	Sartor.	24
Sebaſtianus Majer.	Wirzburg	Faber.	21
Thomas Stöcklein,	Königsheim.	Vietor.	19
Adamus Danecker.	Gerbrunn.	Mercenarius.	20
Caſparus Blancard.	Valenciennes.	Monachus.	54
Antonius Kinkel	Neidenau.	Sartor.	20
Johannes Scholl	Heidingsfeld.	Murarius.	24
Philippus Spehlein.	Lauda.	Tornator.	17
Joſephus Dormanz.	Oſtgallen.	Scriniarius.	28
Conradus Sandel.	Bodenheim	Piſtor.	67
Joſephus Höhn	Karlſtadt.	Famulus ruſticus.	22
Ignatius Reiniſch.	Wirzburg.	Typographus	15
Georg. Backmann.	Veitshöchheim.	Famulus ruſticus.	23
Michael Troſt.	Mellrichſtadt.	Studioſus.	14
Joſephus Wittſtadt.	Margetshöchheim.	Pileator.	16
Mathias Obernitz.	Amorbach.	Sartor	18
Francif. Sedelmajer	Wirzburg	Mercenarius.	30
Caſparus Schneider	Marrbach.	Ruſtici filius.	12
Johannes Lorenz.	Obereuernheim.	Textor.	24
Caſparus Datz.	Mainz.	Sartor.	17
Franciſcus Weiſs	Mainz.	Sartor.	19
Ludovicus Schneider.	Braunſchweig.	Faber.	22

* * * * * * * * *

JUNIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſions.	Eventus curae.
Scabies.	13. Maji	19. Junii	Sanatus.
Struma.	14. Maji	13. Junii	Sanatus.
Paralyſis	14. Maji		
Scabies	21. Maji	6. Junii	Sanatus.
Debilitas univerſalis.	26. Maji	2. Junii	Sanatus.
Diarrhoea.	30. Maji	2. Junii	Sanatus.
Rheumatismus.	31. Maji	7. Junii	Sanatns.
Rheumatismus.	31. Maji	2. Junii	Sanatus.
Scrofulae.	1. Junii		
Hypochondriaſis	2. Junii		
Scabies.	3. Junii	18. Junii	Sanatus.
Tremor artuum.	5. Junii		
Rheumatismus.	5. Junii	9. Junii	Sanatus.
Cephalaea periodica.	7. Junii	16. Junii	Sanatus,
Aſthma.	7. Junii		
Febris interm. quotidiana.	8. Junii		
Convulſiones.	10. Junii		
Scabies.	12. Junii	25. Junii	Sanatus.
Tinea capitis.	12. Junii	30. Junii	Sanatus.
Febris rheumatica.	13. Junii		
Febris rheumatica.	14. Junii	24. Junii	Sanatus.
Febris nervoſa.	15. Junii		
Viscerum obſtructio.	21. Junii		
Febris catarrhalis.	22. Junii		
Scabies.	25. Junii		
Scabies.	25. Junii		
Febr. interm. quotidiana.	27. Junii		

*** *** ***

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Laurentius Ziegler.	Ri den	Famulus rusticus.	25
Adamus Danecker.	Gerbrunn.	Mercenarius.	20
Caspar_s Blancard.	Valenciennes.	Monachus.	54
Johannes Scholl	Heidingsfeld.	Murarius.	24
Conradus Sandel.	Bodenheim.	Pistor.	67
Josephus Höhn.	Karlstadt.	Famulus rusticus.	22
Ignatius Reinisch.	Wirzburg.	Typographus.	15
Josephus Wittstadt.	Margetshöchheim.	Pileator.	16
Francis. Sedelmajer	Wirzburg.	Mercenarius.	30
Casparus Schneider.	Marrbach.	Rustici filius.	12
Johannes Lorenz.	Obereuernheim.	Textor.	24
Casparus Datz.	Mainz.	Sartor.	17
Franciscus Weiss.	Mainz.	Sartor.	19
Ludov. Schneider.	Braunschweig.	Faber.	22
Michael Will	Steinach.	Tinctor.	24
Paulus Jacob.	Scharneck in Baiern.	Horologiarius.	25
Georgius Müller.	Wipfeld.	Faber.	17
Antonius Bauer.	Gerlachsheim.	Scriniarius.	18
Michael Bohn.	Hammelburg.	Pistor.	16
Mathias Obernitz.	Amorbach.	Sartor.	18
Friedericus Sorg.	Wirzburg.	Sartor.	30
Christoph. Neil.	Dillstein.	Textor.	22
Laurentius Meinhard	Wirzburg.	Sartor.	14
Johannes Bühlhart.	Altenberg.	Sutor.	31
Michael Schilling.	Neufses.	Sartor.	16
Franciscus Graich.	Aschaffenburg.	Sartor.	17
Petrus Holzapfel.	Gaibach.	Textor.	20

* * * * * * * * * *

JULIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Paralysis.	19. Martii.		
Paralysis.	14. Maji		
Scrofulae.	1. Junii		
Hypochondriasis.	2. Junii		
Tremor artuum.	5. Junii		
Asthma.	7. Junii	3. Julii.	Palliative sanatus.
Febr. interm. quotidiana.	8. Junii	10. Julii.	Sanatus.
Convulsiones.	10. Junii		
Febris rheumatica.	13. Junii	4. Julii.	Sanatus.
Febris nervosa.	15. Junii	9. Julii.	Sanatus.
Viscerum obstructio.	21. Junii		
Febris catarrhalis.	22, Junii	9. Julii.	Sanatus.
Scabies.	25. Junii	14. Julii.	Sanatus.
Scabies.	25. Junii	22. Julii.	Sanatus.
Febris interm. quotidiana.	27. Junii	2. Julii.	Sanatus
Vomicae pulmonum.	2. Julii.	18. Julii.	Dimissus.
Peripneumonia.	7. Julii.	27. Julii.	Sanatus.
Febris nervosa.	9. Julii.	28. Julii.	Sanatus.
Angina catarrhalis.	10. Julii.	16. Julii.	Sanatus.
Diarrhoea.	12. Julii.	17. Julii.	Sanatus.
Scabies.	13. Julii.	29. Julii.	Sanatus.
Rheumatismus.	18. Julii.	29. Julii.	Sanatus.
Rheumatismus.	18. Julii.	23. Julii.	Sanatus.
Debilitas universalis.	19. Julii.	23. Julii.	Sanatus.
Ophthalmia.	22. Julii.	30. Julii.	Sanatus
Phthisis pulmonalis.	23. Julii.		
Rheumatismus.	30. Julii.		
Scabies.	31. Julii.		

*** *** ***

NOMEN.	LOCUS NATALIS	VITAE GENUS.	Aetas.
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Laurentiur Ziegler.	Rieden.	Famulus rusticus.	25
Adamus. Danecker.	Gerbrunn.	Mercenarius.	20
Casparus Blancard.	Valenciennes.	Monachus	54
Johannes Scholl.	Heidingsfeld.	Murarius.	24
Ignatius Reinisch.	Wirzburg.	Typographus.	15
Casparus Schneider.	Marrbach.	Rustici filius.	12
Michael Schilling.	Neusses.	Sartor.	16
Franciscus Graich.	Aschaffenburg.	Sartor.	17
Petrus Holzapfel.	Gaibach.	Textor.	20
Georgius Müller.	Wipfeld.	Faber.	17
Georgius Michelbach	Goldbach.	Faber.	21
Andreas Keller	Gamburg.	Studiosus.	18
Franciscus Batton.	Limburg.	Coriarius.	27
Stephan. Hoffmann.	Veitshöchheim.	Scriniarius.	19
Andreas Fuchs.	Sulzdorf.	Pistor.	16
Christian. Kleinforg.	Helsenkassel.	Sartor.	29
Laurentius Seiffert.	Versbach.	Molitor.	21
Georg. Zimmermann	Issingen.	Sartor.	22
Nicolaus Haid.	Haussen.	Scriniarius.	24
Ignatius Popp.	Amorbach.	Coriarius.	25
Stephan. Ringelmann	Wirzburg.	Bibliopegus.	19
Jacobus Posauner.	Hagenau.	Textor.	32
Laurentius Stahl.	Hassfurth.	Textor.	22
Stephanus Stark.	Frankreich.	Theologus.	26

* *
*

AUGUSTO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Paralysis.	19. Martii.		
Paralysis.	14. Maji		
Scrofulae.	1. Junii		
Hypochondriasis.	2. Junii		
Tremor artuum.	5. Junii		
Convulsiones.	10 Junii	19. August.	Sanatus.
Viscerum obstructio.	21. Junii		
Phthisis pulmonalis.	23. Julii.		
Rheumatismus.	30. Julii		
Scabies.	31. Julii.	16. August.	Sanatus.
Diarrhoea.	1 August.	5. August.	Sanatus.
Febr. interm. tertiana.	1. August.	12. August.	Sanatus.
Rheumatismus.	5. August	20. August.	Sanatus.
Indigestio.	6. August.	8. August.	Sanatus.
Scabies.	7. August.	18 August.	Sanatus.
Debilitas ventriculi ex indigestione.	11. August.	16. August.	Sanatus.
Diarrhoea.	12. August.		
Diarrhoea.	13. August.	17. August.	Sanatus.
Scabies.	16. August.		
Rheumatismus.	21. August.		
Peripneumonia cum insequente febre intermittente	22. August.		
Rheumatismus.	22. August.		
Dysenteria.	26. August.		
Angina catarrhalis.	29 August.		
Febr. interm. quotidiana,	29. August.		

* *
*

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Laurenrius Ziegler.	Rieden.	Famulus rusticus.	25
Adamus Danecker.	Gerbrunn.	Mercenarius.	20
Casparus Blancard.	Valenciennes	Monachus.	54
Johannes Scholl.	Heidingsfeld.	Murarius.	24
Casparus Schneider.	Marrbach.	Rustici filius.	12
Michael Schilling.	Neusses.	Sartor.	16
Christian. Kleinsorg.	Hessenkassel.	Sartor.	29
Georg. Zimmermann	Ilsingen.	Sartor.	22
Nicolaus Haid.	Haussen.	Scriniarius.	24
Ignatius Popp.	Amorbach.	Coriarius.	25
Steph. Ringelmann.	Wirzburg.	Bibliopegus.	19
Jacobus Posauner.	Hagenau.	Textor.	32
Laurentius Stahl.	Hassfurth.	Textor.	22
Stephanus Stark.	Frankreich.	Theologus.	26
Jacobus Roth.	Illbringen.	Sartor.	28
Michael Schmitt.	Volkach.	Famulus domesticus.	33
Mathias Strack.	Sarsbach.	Lanio.	30
Joh. Stangenberger.	Gerolshofen.	Studiosus.	16
Sebast. Steinfelder.	Wirzburg.	Molitor.	19
Valentinus Möhlein	Gerolshofen.	Scriniarius.	17
Franc. Gerstenberger	Reichenberg in Böhmen.	Pileator.	23
Ferdinand. Bieregel.	Gemünden.	Faber.	22
Johannes Dietz.	Egenhausen.	Pistor.	16
Georgius Hartung.	Poppeniauer.	Sartor.	14
Adamus Kirchner.	Bischofsheim.	Sartor.	13
Balthasar Schmitt.	Bischwind.	Rusticus.	53
Josephus Gratz.	Oedheim.	Miles.	23
Georgius Schmitt.	Hallsheim.	Rhedarius.	20
Johannes Kirchner.	Hallsheim.	Faber.	16

* * *

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Paralyſis.	19. Martii.		
Paralyſis.	14. Maji.	9. Sept.	Dimiſſus.
Scrofulae.	1. Junii	3. Sept.	Sanatus.
Hypochondriaſis.	2. Junii		
Tremor artuum.	5. Junii		
Obſtructiones viſcerum abdominalium.	21. Junii	9. Sept.	Palliative ſanatus.
Phthiſis.	23 Julii		
Diarrhoea.	12. Auguſt	9. Sept.	Sanatus.
Scabies.	16. Auguſt.	10. Sept.	Sanatus.
Rheumatiſmus.	21. Auguſt	3. Sept.	Sanatus
Peripneumonia cum inſequente febri interm.	22. Auguſt	26. Sept.	Sanatus.
Rheumatismus.	22. Auguſt.	26. Sept.	Sanatus.
Dyſenteria.	26. Auguſt.	3. Sept.	Sanatus.
Angina catarrhalis.	29. Auguſt.	3. Sept.	Sanatus.
Febris interm. quotidiana.	29. Auguſt.	23. Sept.	Sanatus.
Amauroſis incipiens.	2. Sept.	16. Sept.	Sanatus.
Obſtructiones viſcer. abdominalium.	3. Sept.	16. Sept.	Palliative ſanatus.
Iſchias nervoſa.	3. Sept.		
Peripneumonia nervoſa.	5. Sept.	20. Sept.	Mortuus.
Tumor rheumaticus.	10. Sept.		
Scabies.	12. Sept.	22. Sept.	Sanatus.
Iſchias nervoſa.	13. Sept.	29. Sept.	Sanatus.
Rheumatismus.	13. Sept.	18. Sept.	Sanatus.
Febris morbilloſa.	16. Sept.	28. Sept.	Sanatus
Scabies.	16. Sept.		
Scabies.	18. Sept.		
Dyſenteria.	18. Sept.		
Phthyſis trachealis.	23. Sept		
Scabies.	24 Sept.		
Rheumatismus.	26. Sept.		

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetas.
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Caſparus Blancard.	Valencieunes.	Monachus.	51
Joannes Scholl.	Heidingsfeld.	Murarius.	24
Michael Schilling.	Neuſſes.	Sartor.	16
Mathias Strack.	Sarsbach.	Lanio.	50
Sebaſt. Steinfelder.	Wirzburg.	Molitor.	19
Georg. Hartung	Poppenlauer.	Sartor.	14
Adamus Kirchner.	Biſchofsheim.	Sartor.	13
Balthaſar Schmitt.	Biſchwind.	Agricola.	53
Joſephus Gratz.	Oedheim.	Miles.	23
Georgius Schmitt.	Hallsheim.	Rhedarius.	20
Joannes Kirchner.	Hallsheim.	Faber.	16
Antonius Heilmann.	Wirzburg.	Sartor.	18
Michael Metzger.	Wirzburg.	Sartor.	19
Michael Frank.	Waldaſchach.	Sutor.	16
Jacobus Höhn.	Ramsbach.	Textor.	32
Michael Reichert.	Grafenrheinfeld.	Sutor.	16
Michael Meeder.	Wirzburg.	Sartor.	16
Leonard Höffer.	Gündersleben.	Famulus ruſticus.	31
Joſephus Nürnberger	Wirzburg.	Mercator.	17
Caſparus Beh.	Kleinprag.	Scriniarius.	18
Joannes Holzel.	Oſtheim.	Piſtor.	19
Mathias Engert.	Ochſenfurth.	Molitor.	18
Aegid. Zimmermann	Wirzburg.	Coriarius.	21
Joſephus Hoehn.	Karlſtadt.	Famulus domeſticus	23
Joannes Waldmann.	Frankfurth.	Vietor.	19
Mathias Röſſinger.	Gerolshofen.	Mercenarius.	71
Joannes Kupp.	Retzbach.	Sartor.	17
Joannes Lauer.	Ungarn.	Faber.	18
Georgius Scheder.	Droſsenfurth.	Mercenarius.	68
N. N.	N.	N.	23
Nicolaus Seiffert.	Hoffingen.	Faber.	17

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Paralysis.	19. Martii.		
Hypochondriasis.	2. Junii		
Tremor artuum.	5. Junii	16. Octobr.	Palliative sanatus.
Phthisis.	23. Julii.		
Ischias nervosa.	3. Sept.		
Tumor rheumatibus.	10. Sept.	11. Octobr.	Sanatus.
Scabies.	16. Sept.	20. Octobr.	Sanatus.
Scabies.	18. Sept.	1. Octobr.	Sanatus.
Dysenteria.	18. Sept.	25. Octobr	Sanatus.
Phthisis trachealis.	23. Sept.	25. Octobr.	Mortuus.
Scabies.	24. Sept.		
Rheumatismus.	26. Sept.	10. Octobr	Sanatus.
Ophthalmia rheumatica.	1. Octobr.	11. Octobr.	Sanatus.
Febris nervosa.	1. Octobr.	26. Octobr.	Sanatus.
Febris nervosa.	2. Octobr.	8. Octobr.	Sanatus.
Lumbago rheumatica.	2. Octobr.	5. Octobr.	Sanatus.
Debilitas ex indigestione.	6. Octobr.	10. Octobr.	Sanatus.
Febris nervosa.	8. Octobr.	13. Octobr.	Sanatus.
Febr. interm. tertiana.	8. Octobr.		
Inflammatio topica.	8. Octobr.	15. Octobr.	Sanatus.
Scabies.	8. Octobr.		
Scabies.	9. Octobr.	24. Octobr.	Sanatus.
Phthisis.	10. Octobr.		
Febr. interm. tertian. duplicata.	14. Octobr.		
Ophthalmia.	15. Octobr.		
Febr. rheumatica.	15. Octobr.	20. Octobr.	Sanatus.
Lumbago rheumatica.	16. Octobr.		
Febr. interm. tertiana.	16. Octobr.		
Febr. interm. tertiana.	19. Octobr.	23. Octobr.	Sanatus.
Pleuritis rheumatica.	19. Octobr.		
Cystitis.	22. Octobr.		
Indigestio.	23. Octobr.	25. Octobr.	Sanatus.

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Josephus Reichert.	Grafenrheinfeld.	Sartor.	17
Michael Fries.	Genheim.	Ludimagister.	37
Josephus Trost.	Ungarn.	Rhedarius.	28
Josephus Dormans.	Kölln.	Scriniarius.	29
Joannes Haüsser.	Bruchsaal.	Sutor.	20

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Casparus Blancard.	Valenciennes	Monachus.	54
Michael Schilling.	Neusses.	Sartor.	16
Mathias Strack.	Sarsbach.	Lanio.	30
Georgius Schmitt.	Hallsheim.	Rhedarius.	20
Leonardus Hoeffer.	Gundersleben.	Famulus rusticus.	31
Casparaus Bech.	Kleinprag.	Scriniarius.	18
Mathias Engert.	Ochsenfurth.	Molitor.	18
Aegid. Zimmermann	Wirzburg.	Coriarius.	21
Josephus Höhn.	Karlstadt.	Famulus domesticus.	23
Mathias Röffinger.	Gerolshofen.	Mercenarius.	71
Johannes Kupp.	Retzbach.	Sartor.	17
Georgius Schedler.	Drossenfurth.	Mercenarius.	68
N. N.	N.	N.	23
Michael Fries.	Gänheim.	Ludimagister.	37
Josephus Trost.	Ungarn.	Rhedarius.	28
Josephus Dormans.	Kölln.	Scriniarius.	29
Johannes Haüsser.	Bruchsal.	Sutor.	20
Michael Filberich.	Sachsenmeinungen.	Scriniarius.	24
Thomas Sass.	Gerolshofen.	Sartor.	26
Johannes Staader.	Bamberg.	Sartor.	25
Jacobus Weiland.	Trier.	Sartor.	19

OCTOBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiffionis	Eventus curae.
Pleuritis rheumatica.	24. Octobr.	31. Octobr.	Sanatus.
Phthifis pumonalis cum hydrothorace.	24. Octobr.		
Febr. rheumatica.	30. Octobr.		
Cephalaea periodica.	31. Octobr.		
Rheumatismus.	31. Octobr.		

* * *

NOVEMBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiffionis	Eventus curae.
Paralyfis.	19. Martii.		
Hypochondriafis.	2. Junii		
Phthifis.	23. Julii.	16. Nov.	Palliative fanatus.
Ifchias nervofa.	3. Sept.	18. Nov.	Sanatus.
Scabies.	24. Sept.	13. Nov.	Sanatus.
Febr. interm. tertiana.	8. Octobr.	7. Nov.	Sanatus.
Phthifis.	8. Octobr.	5. Nov.	Palliative fanatus.
Scabies.	10. Octobr.	25. Nov.	Sanatus.
Febr. interm. 3tian. duplicata.	14. Octobr.	15. Nov.	Sanatus.
Ophthalmia.	15. Octobr.	25. Nov.	Sanatus.
Lumbago rheumatica.	16. Octobr.		
Febr. interm. tertiana.	16. Octobr.	13. Nov.	Sanatus.
Pleuritis rheumatica.	19. Octobr.	14. Nov.	Sanatus.
Cyftitis.	22. Octobr.		
Phthifis pulmonalis cum Hydrothorace.	24. Octobr.	12. Nov.	Infanabilis dimiffus.
Febris rheumatica.	30. Octobr.	7. Nov.	Sanatus.
Cephalaea periodica.	31. Octobr.	8. Nov.	Sanatus.
Rheumatismus.	31. Octobr.	7. Nov.	Sanatus.
Febris rheumatica.	2. Nov.	7. Nov.	Sanatus.
Scabies.	4. Nov.	24. Nov.	Sanatus.
Scabies.	4. Nov.	27. Nov.	Sanatus.
Diarrhoea.	5. Nov.	11. Nov.	Sanatus

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Adamus Kirchner.	Bifchofsheim.	Sartor.	13
Jofephus Lindner.	Bajern.	Faber.	22
Georgius Herold.	Arnftein.	Murarius.	18
Johannes Flofs.	Sachfen.	Sutor.	26
Michael Kolb.	Veitshöchheim.	Pileator.	16
Michael Weifs.	Arnftein.	Scriniarius.	27
Ephraim Vollmann.	Preufsen.	Sartor.	21
Johannes Bimüller.	Wirzburg.	Sutor.	28
Georgius Chriftian.	Soden.	Sartor.	18
Georgius Krebs.	Rottenbau.	Sartor.	16
Georgius Hartnng.	Poppenlauer.	Sartor.	14
Petrus Philippi.	Fladungen,	Mercator.	60
Adamus Münich.	Binsfeld.	Ruftici filius.	11
Georgius Krämer.	Stamheim.	Ruftici filius.	12
Leonhard Hüther.	Lebenhahn.	Sartor.	30

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Nicolaus Karl.	Oberdürrbach.	Scriniarius.	29
Cafpar s Blancard.	Valenciennes.	Monachus.	54
Mathias Roeflinger.	Gerolshofen.	Mercenarius.	71
N. N.	N.	N.	23.
Georgius Herold.	Arnftein.	Murarius.	18
Johannes Bimüller.	Wirzburg.	Sutor.	28
Georgius Chriftian.	Soden.	Sartor.	18
Georgius Hartung.	Poppenlauer.	Sartor.	14
Petrus Philippi.	Fladungen.	Saponarius.	60
Adamus Münch.	Binsfeld.	Ruftici filius.	11

NOVEMBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Scabies.	5. Nov.	26. Nov.	Dimissus.
Scabies.	7. Nov.	26. Nov.	Sanatus.
Febris nervosa.	8. Nov.		
Febris rheumatica.	9. Nov.	19. Nov.	Sanatus.
Tumor rheumaticus.	15. Nov.	18. Nov.	Sanatus.
Febris rheumatica.	16. Nov.	27. Nov.	Sanatus.
Scabies.	19. Nov.	28. Nov.	Sanatus.
Rheumatismus.	25. Nov.		
Scabies.	26. Nov.		
Angina catarrhalis.	26. Nov.	30. Nov.	Sanatus.
Scabies.	28. Nov.		
Arthritis cum Febre lenta	28. Nov.		
Tinea capitis.	28. Nov.		
Tinea capitis.	28. Nov.		
Cephalalgia rheumatica.	29. Nov.		

* * *

DECEMBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Paralysis.	19. Martii.	28. Dec.	Insanabilis dimissus.
Hypochondriasis.	2. Junii.	29. Dec.	Palliative sanatus.
Lumbago rheumatica.	16. Octobr		
Cystitis.	22. Octobr.	21. Dec.	Sanatus.
Febris nervosa.	8. Nov.		
Rheumatismus.	25. Nov.	24. Dec.	Sanatus.
Scabies.	26. Nov.	27. Dec.	Sanatus.
Scabies	28. Nov.	23. Dec.	Sanatus.
Arthritis cum Febr. lenta.	28. Nov.		
Tinea capitis.	28. Nov.		

NOMEN.	LOCUS NATALIS	VITAE GENUS.	Aetas.
Georgius Kraemer.	Stamheim.	Ruſtici filius.	12
Leonardus Hüther.	Lebenhahn.	Sartor.	30
Georgius Wehner.	Fitzendorf.	Ruſtici filius.	11
Friedericus Gerbich.	Volkach.	Sartor.	28
Joſephus Müller.	Obervolkach.	Piſtor.	18
Johannes Hoeffer.	Falkenau.	Faber lignarius.	65
Georgius Luckart.	Randesacker.	Mercenarius.	80
Bernardus Uhl.	Hofheim.	Rhedarius.	19
Daniel Kieffer.	Kronenburg.	Faber.	21
Georg. Kollenberger	Ochſenfurth.	Sutor.	14
Martinus Goep.	Versbach.	Molitor.	51
Andreas Moſer.	Droſſenfurth.	Mercenarius.	56
Ignatius Seitz.	Dünkelſpiel.	Pellio.	20
Franciſcus Capitaine	Frankfurth.	Sartor.	15
Joſephus Bender.	Speier.	Faber lignarius.	49
Caſparus Hahn.	Waldaſchach.	Ephipiarius.	19
Franciſcus Henni.	Konſtanz.	Faber.	19
Joſephus Suſſan.	Moehringen.	Vitriarius.	21
Johannes Schubert.	Nürnberg.	Rhedarius.	25
Georgius Veit.	Wirzburg.	Figulus.	18
Franciſcus Obernitz.	Amorbach.	Sartor.	18
Martinus Donnert.	Schlüſſelfeld.	Cereviſiarius.	28
Sebaſtianus Riegel.	Retzſtadt.	Vietor.	29
Chriſtian. Beſtändig.	Groſſenheübach.	Capillorum concinnator.	15
Jacobus Pfeiffer.	München.	Pileator.	30
Georgius Huffer.	Wirzburg.	Sutor.	21
Albert. Sickenberg.	Mellrichſtadt.	Sartor.	26
Georgius Härtlein.	Zeckern.	Murarius.	26

* * *   * * *   * * *

DECEMBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Tinea capitis.	28. Nov.		
Cephalaea rheumatica.	29. Nov.	2. Dec.	Sanatus.
Scabies.	2. Dec.		
Oedema pedum.	2. Dec.		
Erysipelas.	4. Dec.	16. Dec.	Sanatus.
Phthisis pituitosa.	5. Dec.		
Pleuritis cum asthmate.	6. Dec.		
Febris nervosa.	6. Dec.	17. Dec.	Mortuus.
Febris rheumatica.	7. Dec.	16. Dec.	Sanatus.
Angina catarrhalis.	7. Dec.	11. Dec.	Sanatus.
Vomitus.	7. Dec.	12. Dec.	Sanatus.
Febris nervosa.	8. Dec.		
Rheumatismus.	9. Dec.	30. Dec.	Sanatus.
Rheumatismus.	9. Dec.	18. Dec.	Sanatus.
Phthisis pituitosa.	12. Dec.		
Rheumatismus.	12. Dec.	19. Dec.	Sanatus.
Rheumatismus.	14. Dec.	20. Dec.	Sanatus.
Angina catarrhalis.	14. Dec.	19. Dec.	Sanatus.
Rheumatismus.	17. Dec.	30. Dec.	Sanatus.
Febris nervosa.	20. Dec.		
Scabies.	23. Dec.		
Febris rheumatica.	24. Dec.		
Febris rheumatica.	27. Dec.		
Scabies.	27. Dec.		
Cacochemia.	27. Dec.		
Rheumatismus.	28. Dec.		
Rheumatismus.	30. Dec.		
Febr. catarrhalis.	31. Dec.		

*** *** ***

)d(

DESIGNATIO

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Urſula Kreſs.	Rottenfels.	Mercenarii uxor.	23
Anna Schwenzinger	Oberſinn.	Ruſtici filia.	22
Eliſabetha Kuhn.	Marrbach.	Ancilla.	32
Margaretha Geiger.	Riedheim.	Herbaria.	48
Margaretha Braun.	Arnſtein.	Nutria.	72
Eliſabetha Kämmer.	Markbreit.	Ancilla.	28
Barbara Neugebauer.	Wülfershauſsen.	Ancilla.	29
Eva Baurback.	Waldthüringen.	Ancilla.	18
Eliſabetha Braun.	Haidenfeld.	Ancilla.	18
Eliſabetha Müller.	Haſsfurth.	Ancilla.	40
Dorothea Raab.	Zellingen.	Ancilla	44
Anna Ebert.	Freudenberg.	Ancilla	38
Barbara Fuchs.	Ortheim.	Ancilla	45
Margaretha Fennin.	Gerolshofen.	Ancilla	36
Magdalena Neff.	Schweitz.	Ancilla	40
Margaretha Keller.	Megenrieth.	Ancilla	39
Sabina Würth.	Bamberg.	Ancilla	42
Agatha Kraft.	Grunsfeld.	Ancilla	28
Cath. Schaafhaüſser.	Schlüſſelfeld.	Ancilla	23
Catharina Geiger.	Zell.	Ancilla	20
Margaretha Kreſs.	Unterſteinbach.	Ancilla	27
Barbara Heim.	Neuſtadt ad Saalam.	Ancilla	40
Catharina Keller.	Kitzingen.	Ancilla	35
Eliſabetha Hahnlein.	Hautſen.	Ancilla ruſtica.	23

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Anna Schwenzinger.	Oberſinn.	Ruſtici filia.	22
Eva Barsback.	Waldthüringen.	Ancilla.	18

AEGROTARUM 1799.

JANUARIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis.	Eventus curae.
Aſcites.	22. Octobr.	17. Januar.	Sanata.
Phthiſis.	10. Nov.		
Icterus.	26. Nov.	12. Januar.	Sanata.
Phthiſis tuberculoſa.	27. Nov.	15. Januar.	Palliative ſanata.
Peripneumonia.	16. Dec.	12. Januar.	Sanata.
Febris rheumatica.	18. Dec.	10. Januar.	Sanata.
Pleuritis rheumat.	31. Dec.	11. Januar.	Sanata.
Arthritis.	2. Januar.		
Scabies.	3. Januar.		
Rheumatismus.	3. Januar.	22. Januar.	Sanata.
Colica inflammatoria.	8. Januar.	12. Januar.	Mortua.
Arthritis.	10. Januar.	31. Januar.	Sanata.
Peripneumonia.	11. Januar.	16. Januar.	Mortua.
Febris nervoſa.	11 Januar.	23. Januar.	Sanata.
Scabies.	12. Januar.		
Ophthalmia.	12. Januar.	31. Januar.	Sanata.
Hydrops ſaccatus,	13. Januar.		
Tumor lymphaticus in ſterni oſſis regione.	16. Januar.		
Arthritis	19. Januar.		
Pleuritis rheumatica.	20. Januar.		
Peripneumonia.	21. Januar.		
Febris rheumatica.	23. Januar.		
Febris catarrhalis.	28. Januar.		
Hyſteria.	31. Januar.		

* * *

FEBRUARIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Phthiſis.	10. Novem. 1798.		
Tumor in genu.	2. Januar.	14. Febr.	Dimiſſa.

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aeta is anni.
Eliſabetha Braun.	Haidenfeld.	Ancilla	18
Magdalena Neff.	Schweitz.	Ancilla	40
Sabina Würth.	Bamberg.	Ancilla	42
Agatha Kraft.	Grünsfeld.	Ancilla	28
Cath. Schaafhäuſser.	Schlüſſelfeld.	Ancilla	23
Catharina Geiger.	Zell.	Ancilla	20
Margaretha Kreſs.	Unterſteinbach.	Ancilla	27
Barbara Heim.	Neuſtadt ad Saalam.	Ancilla	40
Catharina Keller.	Kitzingen.	Ancilla	35
Eliſabetha Hahulein	Hauſſen.	Ancilla ruſtica.	23
Barbara Jäger.	Eſſfeld.	Ancilla	35
Barbara Metz.	Wirzburg.	Civis filia.	13
Catharina Friedrich.	Gerbrunn.	Ancilla	21
Suſanna Oppert.	Eltmann.	Ancilla	60
Urſula Klett.	Kitzingen.	Ancilla	18
Eva Löſser.	Wirzburg.	Ancilla	34
Margaretha Seifried.	Wirzburg.	Vidua	49
Magdalena Scharf.	Mergentheim.	Ancilla	28
Margar. Dillmajer.	Gerolshofen.	Ancilla	17
Catharina Weber.	Randesacker.	Mercenarii filia.	12

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Anna Schwenzinger.	Oberſinn.	Ruſtici filia.	22
Sabina Würth.	Bamberg.	Ancilla	42
Agatha Kraft.	Grünsfeld.	Ancilla	28
Cath. Schaafhaüſser.	Schlüſselfeld.	Ancilla	23
Catharina Friedrich.	Gerbrunn.	Ancilla	21
Urſula Klett.	Kitzingen.	Ancilla	18
Eva Loeſſer.	Wirzburg.	Ancilla	34

FEBRUARIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Scabies.	3. Januar.	22. Febr.	Sanata.
Scabies.	12. Januar.	27. Febr.	Sanata.
Hydrops Saccatus.	13. Januar		
Tumor lymphaticus in sterni ossis regione.	16. Januar.		
Arthritis.	19. Januar.		
Pleuritis rheumatica.	20. Januar	12. Febr.	Sanata.
Peripneumonia.	21. Januar.	6. Febr.	Sanata.
Arthritis.	23. Januar.	16. Febr.	Sanata.
Scabies cum Rheumatismo	28. Januar.		
Hysteria.	31. Januar.	20. Febr.	Palliative sanata.
Angina catarrhalis.	1. Febr.	21. Febr.	Sanata.
Tinea capitis.	1. Febr.	7. Febr.	Sanata.
Ophthalmia.	5. Febr.		
Febris rheumatica.	7. Febr.	20. Febr.	Sanata.
Scabies.	11. Febr.		
Epilepsia.	12. Febr.		
Febris lenta.	16. Febr.		
Colica.	19. Febr.		
Auditus gravitas.	27. Febr.		
Scabies.	27. Febr.		

* * *

MARTIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Phthisis.	10. Nov.		
Hydrops Saccatus.	13. Januar.		
Tumor lymphaticus in sterni ossis regione.	16. Januar.		
Arthritis.	19. Januar.	4. Martii	Sanata.
Ophthalmia.	5. Febr.	11. Martii	Sanata.
Scabies.	11. Febr.		
Epilepsia.	12. Febr.		

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Margaretha Seifried	Wirzburg.	Vidua.	49
Magdalena Scharf.	Mergentheim.	Ancilla	28
Catharina Keller.	Kitzingen.	Ancilla	35
Margar. Dillmajer.	Gerolshofen.	Ancilla	17
Catharina Weber.	Randesacker.	Ruſtici filia.	12
Chriſtina Seder.	Neuhof.	Ancilla	36
Eva Grumbach.	Zeubelrieth.	Ancilla	27
Barbara Kirchner.	Düngersheim.	Ancilla	30
Marg. Mangold.	Wüſtenſachſen.	Ancilla ruſtica.	14
Barbara Goetz,	Biebergau.	Ancilla	38
Appolonia Dechant.	Schnakenwehr.	Ancilla	36
Catharina Gehrig.	Wirzburg.	Civis filia.	19
Margaretha Sauer.	Mellrichſtadt.	Ancilla	27
Eva Mauer.	Groſsenbahrdorf.	Ancilla	29
Eva Kraufs.	Bergrheinfeld.	Ruſtici uxor.	34
Barbara Klübert.	Obervolkach.	Ancilla	36
Barbara Baumann.	Eüſſenheim.	Ancilla	30

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Anna Schwenzinger.	Oberſinn.	Ruſtici filia.	22
Sabina Würth.	Bamberg.	Ancilla	42
Agatha Kraft.	Grünsfeld.	Ancilla	28
Urſula Klett.	Kitzingen.	Ancilla	18
Eva Loeſſer.	Wirzburg.	Ancilla	34
Margar. Dillmajer.	Gerolshofen.	Ancilla	17
Catharina Weber.	Randesacker.	Ruſtici filia.	12
Eva Grumbach.	Zeubelrieth.	Ancilla	27
Margaretha Mangold	Wüſtenſachſen.	Ancilla ruſtica.	14
Eva Mauer.	Groſsenbardorf.	Ancilla	29

MARTIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Febris lenta.	16. Febr.	2. Martii.	Dimiſſa.
Colica.	19. Febr.	4. Martii.	Sanata.
Scabies.	22. Febr.	12. Martii.	Sanata.
Auditus gravitas.	27. Febr.		
Scabies.	27. Febr.		
Iſchias.	1. Martii.	25. Martii.	Sanata.
Febris hectica.	2. Martii.		
Rheumatismus.	2. Martii.	12. Martii.	Sanata.
Herpes.	7. Martii.		
Rheumatismus.	9. Martii.	26. Martii.	Sanata,
Hyſteria.	12. Martii.	20. Martii.	Palliative ſanata.
Scabies.	21. Martii.	26. Martii.	Noſocomium dereliq.
Febris rheumatica.	23. Martii.	28. Martii.	Sanata.
Febris nervoſa.	27. Martii.		
Paralyſis.	27. Martii.		
Peripneumonia.	27. Martii.		
Vomitus chronicus.	30. Martii.		

* * *

APRILI

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Phthiſis.	10. Novem. 1798.	13. April.	Palliative ſanata.
Hydrops ſaccatus.	13. Januar.		
Tumor lymphaticus in ſterni oſſis regione.	16. Jan.		
Scabies.	11. Febr.	5. April.	Sanata.
Epilepſia.	12. Febr.	8. April.	Dimiſſa.
Auditus gravitas.	27. Febr.	4. April.	Palliative ſanata.
Scabies.	27. Febr.	16. April.	Sanata
Febris hectica.	2. Martii.		
Herpes.	7. Martii.		
Debilitas.	27. Martii.	24. April.	Sanata.

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS	VITAE GENUS.	Aetas.
Eva Krafs.	Bergrheinfeld.	Ruſtici uxor.	34
Barbara Klübert.	Obervolkach.	Ancilla	36
Barbara Baumann.	Euſſenheim.	Ancilla	30
Eliſabetha Weber.	Nordheim.	Ancilla	30
Barbara Markard.	Wejer.	Ancilla	19
Margaretha Bröck.	Karlbach.	Ancilla	17
Otilia Reiſchert.	Ramsthal.	Ancilla	18
Roſina Schneider.	Grünsfeld.	Ancilla	44
Eva Benz.	Wirzburg.	Civis filia.	16
Magdalena Kramer.	Untereuſſenheim.	Ancilla	27
Magd. Majer.	Schwarzach.	Ancilla	28
Margaretha Feder	Tullpen.	Ancilla	21
Barbara Weigand.	Gnetzgau.	Ancilla	27
Anna Seifert.	Heſſelbach.	Ancilla	26
Joſepha Schick.	Kitzingen.	Ancilla	44

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetas.
Sabina Würth.	Bamberg.	Ancilla	42
Agatha Kraft.	Grünsfeld.	Ancilla	28.
Eva Grumbach.	Zeubelrieth.	Ancilla	40
Margaretha Mangold	Wüſtenſachſen.	Ancilla ruſtica.	14
Eva Krauſs.	Bergrheinfeld.	Ruſtici uxor.	34
Otillia Reiſchert.	Ramsthal.	Ancilla.	18
Roſina Schneider.	Grünsfeld.	Ancilla.	44
Eva Benz.	Wirzburg.	Civis filia.	16
Magd. Kramer.	Untereuſſenheim.	Ancilla.	27
Magd. Majer.	Schwarzach.	Ancilla.	28
Marg. Feder.	Tullpen.	Ancilla	21
Barb. Weigand.	Gnetzgau.	Ancilla	27

APRILI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Paralysis.	27. Martii.		
Peripneumonia.	27. Martii.	16. April.	Sanata.
Vomitus chronicus.	30. Martii.	14. April.	Sanata.
Peripneumonia nervosa.	1. April.	13. April.	Sanata.
Febr. interm. tertiana.	4. April.	20. April.	Sanata.
Febr. interm. tertiana.	6. April.	24. April.	Sanata.
Chlorosis.	8. April.		
Hysteria.	10. April.		
Chlorosis.	17. April.		
Ascites.	22. April.		
Arthritis	22. April.		
Hysteria.	23. April.		
Pleuritis rheumatica.	25. April.		
Peripneumonia nervosa.	27. April.		
Febr. interm. tertiana.	29. April.		

*** *** ***

MAJO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Hydrops saccatus.	13. Januar.	21. Maji	Palliative sanata.
Tumor lymphat. in sterni ossis regione.	16. Januar.		
Febris hectica.	2. Martii.	26. Maji	Mortua.
Herpes.	7. Martii.		
Paralysis.	27. Martii.		
Chlorosis.	8. April.	27. Maji	Sanata.
Hysteria,	10. April.	14. Maji	Palliative sanata.
Chlorosis.	17. April.	11. Maji	Sanata.
Ascites.	22. April.	31. Maji	Palliative Sanata.
Arthritis.	22. April.	27. Maji	Sanata.
Hysteria.	23. April.	8. Maji	Palliative sanata.
Pleuritis rheumatica.	25. April.	6. Maji	Sanata.

)o(

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Anna Seifert.	Heffelbach.	Ancilla	26
Jofepha Schick.	Kitzingen.	Ancilla	24
Dorothea Kaltwaffer	Halsheim.	Ancilla ruftica.	33
Eva Endrefs.	Burggrumbach.	Ancilla	39
Margaretha Schraud	Lengfeld.	Ancilla ruftica.	50
Urfula Krefs.	Rottenfels.	Mercenarii uxor.	23
Catharina Brem.	Unterleinbach.	Ancilla	45
Marg. Hümmert.	Roettingen.	Janitoris uxor.	33
Catharina Grandauer	Lichtenfels.	Ancilla	37
Margaretha Clement.	Wirzburg.	Ancilla	28
Marg. Wirth.	Lautenbach.	Ancilla	58

*** *** ***

MENSE.

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetas.
Agatha Kraft.	Grünsfeld.	Ancilla	28
Margaretha Mangold	Wüftenfachfen,	Ancilla ruftica.	14
Eva Kraufs.	Bergrheinfeld.	Ruftici uxor.	34
Urfula Krefs.	Rottenfels.	Mercenarii uxor.	23
Catharina Brem.	Unterleinbach.	Ancilla.	43
Marg. Hümmert.	Roettingen.	Uxor janitoris.	33
Cath. Grandauer.	Lichtenfels.	Ancilla.	37
Margaretha Clement	Wirzburg.	Ancilla.	28
Margaretha Wirth.	Lautenbach.	Ancilla	58
Elifabetha Broenner	Mergentheim.	Ancilla	36
Eva Manger.	Neuftadt ad Saalam	Ancilla	24
Cath. Hartmann.	Versbach.	Ancilla ruftica.	51
Barbara Nunn.	Schwarzenberg.	Ancilla	30
Catharina Stahl.	Wirzburg.	Mercenaria.	43
Margaretha Müller.	Roettingen.	Ruftici filia.	27
Catharina Krämer.	Stetten.	Ancilla	45

MAJO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis.	Eventus curae.
Peripneumonia nervoſa.	27. April.	8. Maji.	Sanata.
Febr. interm. tertiana.	29. April.	28. Maji	Sanata.
Eryſipelas.	4. Maji.	6. Maji	Mortua.
Peripneumonia	4. Maji	18. Maji	Sanata.
Febr. interm. quotidiana.	8. Maji	22. Maji	Sanata.
Aſcites.	11. Maji		
Phthiſis.	11. Maji		
Arthritis.	14. Maji		
Retentio urinae cum prolapſu uteri.	14. Maji		
Diarrhoea.	22. Maji		
Rheumatismus.	24. Maji		

JUNIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Tumor lymphaticus in ſterni oſſis regione.	16. Januar.		
Herpes.	7. Martii.		
Paralyſis.	27. Martii.	12. Junii.	Dimiſſa.
Aſcites.	11. Maji.	4. Junii.	Mortua.
Phthiſis.	11. Maji		
Arthritis.	14. Maji	20. Junii.	Sanata.
Prolapſus uteri.	14. Maji	4. Junii.	Dimiſſa.
Diarrhoea.	22. Maji	3. Junii	Sanata.
Rheumatismus.	24. Maji	19. Junii.	Sanata.
Angina catarrhalis.	5. Junii.	14. Junii.	Sanata.
Hyſteria.	4. Junii.		
Debilitas univerſalis.	5. Junii		
Vomitus chronicus.	5. Junii.		
Arthritis	6. Junii.		
Vomitus chronicus.	10. Junii.		
Hyſteria.	15. Junii.		

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS	VITAE GENUS.	Aetas.
Barbara Droll.	Grofsenlangheim.	Ancilla	32
Anna Seifert.	Heſſelbach.	Ancil a	26
Anna Knorr.	Eibelſtadt.	Ruſtici uxor.	45
Margaretha Klein.	Geiſſelwind.	Ancilla	42

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS,	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Agatha Kraft.	Grünsfeld.	Ancilla	22
Marg. Mangold.	Wüſtenſachſen.	Ancilla ruſtica.	14
Catharina Brem.	Unterleinach.	Ancilla	45
E.a Manger.	Neuſtadt.	Ancilla	24
Catharina Hartmann	Versbach.	Ancilla ruſtica.	51
Barbara Nunn.	Schwarzenberg.	Ancilla	30
Catharina Stahl.	W rzburg.	Mercenaria.	43
Margar. Müller.	Roettingen.	Ruſtici filia.	27
Catharina Krämer.	Stetten.	Ancilla	45
Barbara Droll.	Grofsenlangheim.	Ancilla	32
Anna Seifert.	Heſſelbach.	Ancilla	26
Anna Knorr.	Eibelſtadt.	Ruſtici uxor.	45
Margaretha Klein.	Geiſſelwind.	Ancilla	42
Margaretha Fiſcher.	Stetten.	Ancilla	38
Regina Merkler.	Versbach.	Ancilla	54
Barbara Gerlach.	Dornheim.	Ancilla	20
Cath. Hildebrand.	Wirzburg.	Ancilla	23
N. N.	N.	Ancilla	38
Regina Schaefer.	Neuhof.	Ancilla	36
Barbara Majer.	Wirzburg.	Ancilla.	18
Catharina Bock.	Leinach.	Ancilla	28
Catharina Baal.	Euerndorf.	Ancilla	21
Barbara Roth.	Herbelsheim.	Ancilla	22

JUNIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Pedis dextri inflammatio chron. ex negl. erysipelate	22. Junii.		
Scabies.	22. Junii.		
Ischias nervosa.	22. Junii.		
Hysteria.	24. Junii.		

* * *

JULIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Tumor lymphaticus in sterni ossis regione.	16. Januar.	10. Julii.	Palliative sanata.
Herpes.	7. Martii.	10. Julii.	Sanata.
Phthisis.	11. Maji.	10. Julii.	Palliative sanata.
Hysteria.	4. Junii.	9. Julii.	Palliative sanata.
Debilitas universalis.	5. Junii	16. Julii.	Mortua.
Vomitus chronicus.	5. Junii	12. Julii.	Sanata.
Arthritis.	6. Junii		
Vomitus chronicus.	10. Junii	12 Julii.	Palliative sanata.
Hysteria.	15. Junii	29. Julii.	Palliative sanata.
Pedis dextri chron. inflam. ex neglecto erysipelate.	22. Junii		
Scabies.	22. Junii	6. Julii.	Sanata.
Ischias nervosa.	22. Junii		
Hysteria.	24. Junii	2. Julii.	Palliative sanata.
Hysteria.	1. Julii.		
Icterus.	1. Julii.		
Scabies.	6. Julii.		
Scabies.	10. Julii.	20. Julii.	Sanata.
Debilitas universalis ex abusu mercurii. —	13. Julii.		
Ascites.	15. Julii.		
Scabies.	18. Julii.		
Cardialgia.	22. Julii.		
Febris nervosa.	24. Julii.		
Hysteria.	27. Julii.		

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
N. N.	N.	Ancilla	27
Catharina Endrefs.	Wirzburg.	Ancilla	25
Regina Siebold.	Wirzburg.	Civis filia.	17

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Catharina Stahl.	Wirzburg.	Mercenaria.	43
Barbara Droll.	Grofsenlaugheim.	Ancilla	32
Anna Knorr.	Eibelftadt.	Rustici uxor.	45
Margaretha Fifcher	Stetten.	Ancilla.	38
Regina Merkler.	Versbach.	Ancilla	54
Barbara Gerlach.	Dornheim.	Ancilla	20
N. N.	N.	Ancilla	38
Regina Schaefer.	Neuhof.	Ancilla	36
Barbara Majer.	Wirzburg.	Ancilla	18
Catharina Bock.	Leinach.	Ancilla	28
Catharina Baal.	Euerndorf.	Ancilla	21
Barbara Roth.	Herbelsheim.	Ancilla	22
N. N.	N,	Ancilla	27
Catharina Endrefs.	Wirzburg.	Ancilla	25
Regina Siebold.	Wirzburg.	Civis filia.	17
Margaretha Geiger.	Riedheim.	Herbaria.	48
Anna Dorn.	Gaenheim.	Ancilla	19
Catharina Küttler.	Tiefenbach.	Militis uxor.	45
Clara Arnold.	Gamburg.	Ancilla	15
Agnes Schätzlein.	Retzbach.	Ancilla	22
Catharina Metzger.	Bütthardt.	Ancilla	24
Margaretha Geffner.	Wirzburg.	Ancilla	20
Elifabetha Hedlich.	Heidingsfeld.	Ancilla	21
Anna Bajer.	Heidingsfeld.	Ancilla	20

JULIO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Febris nervoſa.	29. Julii.		
Eryſipelas chronicum faciei	30. Julii.		
Scabies.	31. Julii.		

* * *

AUGUSTO.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Arthritis.	6. Junii.	16. Auguſt.	Palliative ſanata.
Pedis dextri inflamm. chr. ex neglecto eryſipelate.	22. Junii		
Iſchias.	22. Junii	24. Auguſt.	Sanata.
Hyſteria.	1. Julii.	12. Auguſti	Palliative Sanata.
Icterus.	1. Julii.	23. Auguſti	Sanata.
Scabies.	6. Julii.	23. Auguſt.	Sanata.
Debilitas univerſalis ex abuſu Mercurii.	13. Julii.		
Aſcites.	15. Julii.		
Scabies.	18. Julii.	8. Aug ſt.	Sanata.
Cardialgia.	22. Julii.	7. Auguſt.	Sanata.
Febris nervoſa.	24. Julii.	16. Auguſt	Sanata.
Hyſteria.	27. Julii.	4. Auguſt.	Palliative ſanata.
Febris nervoſa.	29. Julii.		
Eryſipelas chronicum faciei	30. Julii.		
Scabies.	31. Julii.	25. Auguſt.	Sanata.
Phthiſis.	12. Auguſt.	18. Auguſt.	Palliative ſanata.
Amenorrhoea.	17. Auguſt.		
Aſcites.	18. Auguſt.		
Febris morbilloſa.	19. Auguſt.	28. Auguſt.	Sanata.
Phthiſis trachealis.	20. Auguſt.		
Peripneumonia.	22. Auguſt.		
Febris nervoſa.	24. Auguſt.		
Diarrhoea.	26. Auguſt.		
Haemoptyſis.	29. Auguſt.		

NOMEN	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Barbara Droll.	Grofsenlangheim.	Ancilla	32
N. N.	N.	Ancilla	38
Regina Schaefer.	Neuhof.	Ancilla	36
N. N.	N.	Ancilla	27
Catharina Endres.	Wirzburg.	Ancilla	25
Anna Dorn.	Gänheim.	Ancilla	19
Catharina Küttler.	Tiefenbach.	Militis uxor.	45
Agnes Schätzlein.	Retzbach.	Ancilla.	22
Catharina Metzger.	Bütthardt.	Ancilla.	24
Margaretha Geifsner.	Wirzburg.	Ancilla.	20
Elifabetha Hedlich.	Heidingsfeld.	Ancilla.	21
Anna Bajer.	Heidingsfeld.	Ancilla.	20
Juliana Linz.	Wirzburg.	Ancilla	50
Veronica Flach.	Bergrothenfels.	Ancilla	30
Catharina Majer	Kirchheim.	Mercatrix.	47
Margaretha Drüff.	Wirzburg	Ancilla	31
Felicitas Nieffer.	Wirzburg	Ancilla	28
Clara Arnold.	Gamburg	Ancilla	15

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Barbara Droll.	Grofsenlangheim.	Ancilla	23
Catharina Küttler.	Tiefenbach.	Militis uxor.	45
Veronica Flach.	Bergrothenfels.	Ancilla	30
Catharina Majer.	Kirchheim.	Mercatux.	47
Margaretha Drüfs	Wirzburg.	Ancilla	31
Felicitas Nieffer.	Wirzburg.	Ancilla	28
Clara Arnold.	Gamburg.	Ancilla	15
Catharina Elling.	Wirzburg.	Ancilla	24
Anna Laug.	Veisthoechheim.	Ancilla	22

SEPTEMBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Pedis dextri tumor ex neglecto eryſipelate.	22. Junii		
Deb.univ.ex abuſuMercurii	13. Julii.	2. Sept.	Sanata.
Aſcites.	15. Julii.	3. Sept.	Palliative ſanata.
Febris nervoſa.	29. Julii.	24. Sept.	Sanata.
Eryſipelas chronicum faciei	30. Julii.	14. Sept.	Sanata.
Amenorrhoea.	17. Auguſt.	13. Sept.	Sanata.
Aſcites.	18. Auguſt.		
Phthiſis trachealis.	20. Auguſt.	30. Sept.	Palliative ſanata.
Peripneumonia.	22. Auguſt	24. Sept.	Sanata
Febris nervoſa.	24. Auguſt.	19. Sept.	Sanata.
Diarrhoea.	26. Auguſt.	2. Sept.	Sanata.
Haemoptyſis.	29. Auguſt.	24. Sept.	Sanata.
Scabies.	1. Sept.	27. Sept.	Sanata.
Hyſteria.	10. Sept.		
Aſcites.	16. Sept.		
Angina catarrhalis.	21. Sept.		
Debilitas univerſalis.	25. Sept.		
Scabies.	29. Sept.		

* * *

OCTOBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis.	Eventus curae.
Pedis dextri tumor ex neglecto eryſipelate.	22. Junii.	18. Octobr.	Sanata.
Aſcites.	18. Auguſt.		
Hyſteria.	10. Sept.	22. Octobr.	Sanata.
Cancer uteri.	16. Sept.		
Angina catarrhalis.	21. Sept.	4. Octobr.	Sanata.
Debilitas univerſalis.	25. Sept.	19. Octobr.	Palliative Sanata.
Scabies.	29. Sept.		
Febris nervoſa.	1. Octobr.	15. Octobr.	Sanatus.
Rheumatismns.	3. Octobr.	14. Octobr.	Sanata.

)ſ(

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS.	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Thereſia Bertel.	Mergentheim.	Ancilla	23
Magdal. Bittermann	Sehoenfeld.	Ancilla	32
Magdalena Lipp.	Grünsfeld.	Ancilla ruſtica.	26
Kunig. Zakelmajer.	Kitzingen.	Ancilla	22
Eva Weth.	Bergrheinfeld.	Ancilla	20
Barbara Strebler.	Trockau.	Ancilla	53
Barbara Dreuſs.	Wirzburg.	Ancilla	22
Magdalena Kolb.	Reubelsdorf.	Ancilla.	26
Eva Rheinfeld.	Dettelbach.	Ancilla	30

* * *

MENSE

NOMEN.	LOCUS NATALIS	VITAE GENUS.	Aetas.
Catharina Küttler.	Tiefenbach.	Militis uxor.	45
Catharina Majer.	Kirchheim.	Mercatrix.	47
Clara Arnold.	Gamburg.	Ancilla	15
Magd. Bittermann.	Schoenfeld.	Ancilla	32
Eva Weth.	Bergrheinfeld	Ancilla	20
Barbara Dreuſs.	Wirzburg.	Ancilla	22
Magdalena Kolb.	Reubelsdorf.	Ancilla	26
Eva Reinfeld.	Dettelbach.	Ancilla	30
Martha Helldörfer.	Wirzburg.	Ancilla	31
Barbara Borſt.	Lauda.	Ancilla.	22
Barbara Heckel.	Eltmann.	Ancilla	46
Kunigunde Bajer.	Hoepfingen.	Ancilla	21
Margaretha Fiſcher	Unterpleichfeld.	Ancilla	41
Philippine Pitois.	Schweiz.	Mercatrix.	26
Magdalena Schoep.	Wirzburg.	Ancilla	26
Anna Vogt.	Wirzburg.	Ancilla	24
Eliſabetha Hirt.	Volkach.	Ancilla	30

OCTOBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis	Eventus curae.
Scabies.	7. Octobr.	23. Octobr.	Sanata.
Chloroſis.	8. Octobr.		
Febris nervoſa.	9. Octobr.	20. Octobr.	Sanata.
Febris nervoſa.	9. Octobr.	16. Octobr.	Sanata.
Scabies.	18. Octobr.		
Peripneumonia.	18. Octobr.	27. Octobr.	Mortua.
Vomitus chronicus.	22. Octobr.		
Scabies.	26. Octobr.		
Febris rheumatica.	28. Octobr.		

* * *

NOVEMBRI.

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimiſſionis.	Eventus curae.
Aſcites.	18. Auguſt.	19. Nov.	Sanata.
Cancer uteri.	16. Sept.	4. Nov.	Mortua.
Scabies.	29. Sept.	13. Nov.	Sanata.
Chloroſis.	8. Octobr.	4. Nov.	Sanata.
Scabies.	18. Octobr.		
Vomitus chronicus.	22. Octobr.	13. Nov.	Sanata.
Scabies.	26. Octobr		
Febris rheumatica.	28. Octobr.	30. Nov.	Sanata.
Iſchias nervoſa.	5. Nov.	30. Nov.	Sanata.
Eryſipel. faciei puſtuloſum	11. Nov.	29. Nov.	Sanata.
Hydrothorax.	12. Nov.		
Paralyſis extremitatum ex aſſumto veneno.	13. Nov.		
Amauroſis.	13. Nov.		
Phthiſis.	25. Nov.		
Pleuritis.	28. Nov.		
Paralyſis.	29. Nov.		
Debilitas univerſalis.	30. Nov.		

NOMEN.	LOCUS NATALIS,	VITAE GENUS.	Aetatis anni.
Eva Weth.	Bergrheinfeld.	Ancilla	20
Magdalena Kolb.	Reübelsdorf.	Ancilla	26
Barbara Heckel.	Eltmann.	Ancilla	46
Kunigunde Bajer.	Hoepfingen.	Ancilla	21
Margaretha Fifcher	Unterpleichfeld.	Ancilla ruftica.	41
Philippine Pitois.	Schweitz.	Mercatrix.	26
Magdalena Schoen.	Wirzburg.	Ancilla	26
Anna Vogt.	Wirzburg.	Ancilla	24
Elifabetha Hirt.	Volkach.	Ancilla	30
Cathar. Hamberger.	Bamberg	Ancilla	30
Catharina Wehner.	Karlftadt.	Ancilla	26
Margaretha Seidlitz.	Wirzburg.	Civis filia.	13
Clara Schoenauer.	Wirzburg	Civis filia.	46
Urfula Hilzburger.	Koenigshofen.	Ancilla	43
Catharina Taübert.	Birkenfeld.	Ancilla	48
Regina Kreiner.	Wirzburg.	Civis filia.	9

* *
*

MORBUS.	Dies Receptionis	Dies Dimissionis	Eventus curae.
Scabies.	18. Octobr.	11. Dec.	Sanata.
Scabies.	23. Octobr.	30. Dec.	Sanata.
Hydrothorax.	12. Nov.		
Paral. ex assumto veneno.	13. Nov.		
Amaurosis.	13. Nov.		
Phthisis.	25. Nov.		
Pleuritis rheumatica.	28. Nov.	6. Dec.	Sanata.
Paralysis.	29. Nov.		
Debilitas universalis.	30. Nov.		
Febris nervosa.	2. Dec.	31. Dec.	Sanata.
Scabies.	10. Dec.	18. Dec.	Sanata.
Scabies.	11. Dec.		
Febris lenta.	14. Dec.		
Peripneumonia nervosa.	18. Dec.		
Febris rheumatica.	21. Dec.		
Atrophia.	21. Dec.		

* *
*

	Viri.	Foeminae.
Sanabantur	180.	85.
Palliative ſanabantur	19.	22.
Curam non expectavere	—	1.
Dimittebantur	5.	5.
Moriebantur	6.	8.
Summa	210.	121.

Summa aegrotantium omnium 331.

Numerus mortuorum ſe habet ad Curatorum numerum ut 1 ad 23.

In fine hujus anni remanebant Aegroti 20. Aegrotae 11.

OBSERVATIONES
MEDICAE.

JANUARIUS.

Prima decidere nives; et frigida fuit tempeſtas usque ad 10mam mox nebuloſo, mox ſereno coelo. A 10ma ad diem 13tiam minus et frigidus et nebuloſus aer; nivesque delicuere. Continuaverunt inde iterum frigus et glacies tempore alternis vicibus ſereno, nebuloſoque ad 24tam; die tamen 20ma usque 23tiam perfrigido. 24ta frigus remiſit, nivibus et glacie colliqueſcentibus; noctem verſus pluviae: per reliquos dies nebuloſos inſimul et pluvioſos eadem paſſim tempeſtas, nive inter pluviam decidente. Die 28va frigida denuo, nebulae ac glacies. Die 29na cum 30ma minus frigida, nebulae cum pluviis, noctem verſus frigore intenſiore ac glacie. Idem fuit die 31ma ſtatus; ſub veſperum autem, atque per noctem decidere nives.

Rheumata hoc menſe multa obſervavi, tam in urbe, quam vicinia, ita, ut magnus ægrotorum numerus Noſodochium adiret. Praecipuae inter haſce adfectiones fuere pleuritides rheumaticae. Neque tamen raro videbantur etiam pleuritides ac anginae inflammatoriae, peripneumoniae verae et colicae, quarum exempla enarrabimus. Interim una agrotantium chemoſi erat adfecta naturae aſthenicae, quam alii rheumaticam adpellare volunt.

Morbus hic, ut ex hiſtoria elucebit, aſthenia fuit univerſalis, topicae oculi adfectioni conjuncta.

Hinc et methodus totum organismum excitans praeplacuit, unde remediorum interne adhibitorum ratio fluit. Ast, quum sublata universali asthenia, morbus oculi topicus remanserit, et hunc topicis profligare excitantibus studuimus; quod optimo eum eventu successit.

Omnium morborum memorabiliores fuere pleuritides ac peripneumoniae sthenicae. Ut plurimum tales morbi adscivere indolem sthenicam; asthenicam, uti ante annum, non vidi, nisi forsan ex neglecta sthenia, quando debilitas jam indirecta intrabat. Leni passu atque ancipiti incessere morbi initia, et ipse frequenter nullius momenti visus; graviora vero sensim accedentia phoenomena medicos de diagnosi certiores reddidere, et ipsum latentem oculos morbum, simulque vitae periculum commonstravere.

Morbo igitur adparente, quum in dubio adhuc medici versarentur, non tantum damni aegris inferebatur nimia venaesectione, quantum ea plane omissa. Morbus enim facile transivit in debilitatem indirectam, vel gangraenam, vel exulcerationes, vel denique in hydrothoracem. Solus certe ad phoenomena respectus, medicis generatim solennis, diagnosin impeditam reddidit; fefellere continuo in aegris nostris phoenomena, nec, quae hujus morbi dicuntur characteristica, minime firmarant diagnosin. Etenim pulsus, praecipue in morbi initiis, debiles, frequentes, saepe exiles observati; ita, ut quandoque haeserim anceps, an vena sit secanda, nec ne? parcissima vero, explorandi gratia, detracta sanguinis copia, de tuto administranda venaesectione brevi me convicit; pulsus enim secta vena fortiores; duritie quadam micantes, et aegrum statim magnum levamen, re-

ſpirandique facilitatem ſentire percepi; hinc ſummo cum emolumento in poſterum, pro viribus ægrotantis, ipſiusque morbi vehementia, venaeſectione repetita, largiorique ſanguinem detraxi.

Reliqua phoenomena, ſic dicta characteriſtica; dolor lateris punctorius, pectoris oppreſſio, tuſſicula ſicca, anxietas, &c. eodem modo, ac pulſus, fefellere; obſervantur enim in iisdem pectoris morbis aſthenicae naturae; quare diagnoſin morbi ſthenici firmare neutiquam valent. Interea tamen inter omnia judicium noſtrum circa ſthenicam morbi indolem reddidere vero ſimilius: ſenſus ad thoracem adſiduus oppreſſionis, et ponderis in pectore haerentis, ac inſpirandi aerem difficultas. Prae ceteris vero morbum ejusque characterem rite determinaturis erat reſpiciendum ad corporis habitum, vitamque anteactam, ad opportunitatem et cauſas praecedentes, ad morborum in genere graſſantium indolem, neque minus ad temporis conſtitutionem. Quibus ſimul ponderatis, quum praegreſſae fuerint potentiae organismi incitationem augentes, pronum erat colligere, morbum plerumque fuiſſe ſthenicum. At objiciant alii, urente frigore, quod per hoc tempus graſſabatur, incitationem neceſſario fuiſſe imminutam, quia *calor excitet. frigus debilitet*; indeque morbos fuiſſe aſthenicos: tamen conceſſo etiam, frigus debilitare atque morbos procreare aſthenicos, aliae adeſſe poſſunt potentiae, actionem cauſarum deprimentium longe elidentes, uti revera aegris noſtris, durante frigore, accidit; qui quidem frigori ante, quam in morbum inciderint, ſe expoſuere, ſed et aliae graviores potentiae excitantes incitationem imminutam ad altiorem evexere gradum. Quibus adnumerare poſſumus nimium corporis motum,

quem quilibet aere frigido, ſibi conſulturus, exercet; curſus, deambulationes, uſum potuum ſpirituoſorum, fornacis calorem, unde frigoris calorisque viciſſitudo; quae non tanquam deprimens, ſed ceu excitans potentia cum reliquis ejusdem naturae, reſpici debet; homo enim frigore rigidus ad fornacem calefactam accedens eo ipſo in fibris ſuis incitabilibus excitabit ſtatum ſthenicum, aut mortem ob nimiam incitationem. Frigus enim, ut notum eſt, debilitando incitabilitatem auget; levi itaque ſtimulo, v. g. calore incitabilitas imminuitur, augeturque incitatio, ita, ut ſthenia exoriatur. Quam ob rem minime mirum, pulmones, cum reliquis partibus ad eos pertinentibus, quum prae aliis aeris viciſſitudini ſint expoſiti, eo tempore morbis ſthenicis fuiſſe adfectos, catarrhos, pleuritides, peripneumonias veras adparuiſſe frequentiores.

Catarrhis adfecti ad morbos pectoris inflammatorios maximam habuere opportunitatem, in quos reapse, illos nimirum negligentes aut excitantibus tractantes, inciderunt. Peripneumonia exin neque ætati, neque ſexui pepercit, ſingulos eodem vigore invaſit. Vidi infantes atrociter proſtratos, vidi ſenes æque ac puellas decumbentes. Neque etiam raro, uti jam adnotavi, morbus ſibi ipſi aut relictus, aut excitantibus variis tractatus in alia, eaque graviora transivit mala, quæ ex debilitate indirecta judicari opportet, ſcilicet in pulmonum exulcerationes, vomicas, tubercula, hydrothoracem, et, quod peſſimum, quia breve intra temporis ſpatium vitæ finem impoſuit, in gangrænam.

Ad amovendas itaque hasce ſequelas morbo ipſi, quum ſuo in vigore eſſet, ut ſtheniæ, metho-

dum ſtatim oppoſui debilitantem. Hunc in ſcopum venœſectionem pro morbi gradu, viribusque ægrotantis ſat magnam larga inciſione in brachio dextro vel ſiniſtro, ad quod nempe pulmonum latus inflammatio cenſebatur, inſtitui juſſi: qua facta æger mox ſenſit levamen, reſpiratio evaſit libera; pectoris vix ſenſibilis oppreſſio, tuſſis rarior ſputis aliquibus mixta; anxietas nulla; ſanguis e vena miſſus cruſta phlogiſtica tectus. Sola ſæpe venœſectio ad uncias ſex, octo, decem inſtituta profligavit morbum, remanentis vero ſtheniæ veſtigia fere ſemper interna remedia debilitantia, v. g. Salina, diæta aquoſa, inanis, potus copioſi tepidi, mucilaginoſi, clyſmata, regimen frigidum, morbo tamen leniori, modice calidum, pepulere. Quodſi vero hac methodo pulmonum inflammatio non reſtringeretur, immo increſceret, id quod in poſterum ex aucto pectoris oppreſſionis ſenſu, difficultate reſpirandi, anxietate, tuſſicula ſicca, aut & humida ſtriis ſanguineis mixta dijudicavimus, venœſectionem repetivimus, & deinceps non evaneſcentibus hiſce phœnomenis iterandam. Sæpe & parti dolenti aut oppreſſione graviter adfecto ægro adplicavimus inſimul hirudines.

Commemorare hic loci juvat, haſce pectoris inflammationes nos obſervantes non diſtinxiſſe anxios inter pleuritidem et peripneumoniam, morbos ejusdem indolis. Quorum ſedes ſive in ſuperficie, ſive in ſubſtantia pulmonum, ſive in muſculis intercoſtalibus, ſeu pleura ſit, diverſam medendi methodum nulla ratione expoſtulant. Semper enim adeſt ſthenia, debilitantibus ſubigenda. Ita nec dolor lateris punctorius ſtatuit diſtinctionem pleuritidem inter & peripneumoniam: ſæpe enim præſto eſt dolor hic & pulmo totus quantus inflamma-

tus: respiciendum itaque ad gradum stheniæ, quæ ex causa præcedente innotescit, nec vero ad phœnomena, quæ sæpissime fallunt.

Sublata peripneumonia, methodo debilitante per aliquos dies continuata, cutem mollescere; aridam, siccamque antea, madere, calorem, uti in statu sano, se habentem, pulsus, qui fuerant parvi, evadere modice plenos, qui duri, molles, pauloque frequentiores, respirationem liberam; tussim antehac siccam, frequentem, nunc raram & humidam sputis tenacibus, puri formibus, striis sanguineis mixtis conjunctam, ægrum tranquillum, omnesque functiones integras observavimus.

Sputa, ægros valdopere levantia, nisi ablata inflammatione sequerentur, vapores tepidos ore adsumendos ordinavimus, v. g. ex infuso florum sambuci, & parti cuidam pectoris, forsan dolenti frictione adplicavimus linimentum volatile camphoratum, immo & Vesicatoria. Præter hæc concessimus ingerenda leniter excitantia; antimonialia, calomel cum parva opii dosi, potus copiosos tepidos ex lichene islandico cum radice Altheæ, liquiritiæ, diætamque nutrientem. Atque hac methodo intra breve temporis Spatium, — intra quinque, septem aut novem dies dissipatam vidimus peripneumoniam.

Pleuritis rheumatica.

Barbara Neugebauer, Wülfershusana, 28 annorum, corpore valido praedita, ex quo morbos infantiles superavit, aliquoties rheumaticis, arthriticisve adfectionibus detenta in Nosodochio Julii decubuit, semperque sanata exiit.

Vigesima sexta Decembris elapsi anni 1798, quum vehementer saltasset, corpore exaestuante tempestati frigidiori humidaeque deambulando sese exponens, paulo post cerevisiae frigidae ac Spiritus vini sat magnam copiam ingurgitavit. Mox dein, reversura domum, horripilatione, cum calore alternante, qui per noctem increvit, correpta, vomuit, materiem ex flavo viridescentem atque amaricantem ejiciens. Accesserunt insuper dolores artuum lancinantes, pungentes in dextro thoracis latere, quavis respiratione et tussicula aucti; pectoris oppressio, angustatio, respirandi difficultas cum tussi frequente ac difficili; sputa nulla.

Hisce gravata symptomatibus lectum petiit; sed cuncta, licet eidem adfixa remansisset, potusque copiosos tepidos ex Decocto hordei adsumsisset, minime levata. Quare 29na ejusdem mensis sanguinem sibi detrahi jussit, sed emissis fere unciis octo — decem, in animi deliquium incidit. Mitigata quidem tussis vehementia, dolorque lateris punctorius; sputa prodiere, sed pauca, ceteris cum febre perseverantibus. In his tamen rebus breves morbi fuerunt induciae. Nam quum diebus subsecutis exasperatus esset, die 1ma Januarii 1799 Nosodochium adiens, eademque recepta praeter ea, quae commemoravimus, faciem ex pallido flavescentem, genis rubore quodam circumscriptis distinctam, oculos cavos, tristes, animi dejectionem, vertiginem, caput occupatum, respirationem difficilem, qua dolor lateris punctorius augebatur, nobis ostendit. Situs, nisi qui musculos pectoris minime intenderet, non ferendus; Lingua muco flavescente obducta, arida; sitis magna; anorexia; do-

lores artuum ſummi; calor per totum corpus diffuſus; laſſitudo ingens; alvus tarda; pulſus parvi, debiles, frequentes. Ordinabatur:

Reç. Aq. flor. Chamomill. unc. ſex.
Spir. Minderer. unc. unam.
Mell. optim. unc. unam et dimidiam.
M. D.
S. Capiat quavis hora cochl. unum.

Adplicetur veſicans ad latus pectoris dextrum: regimen modice calidum; pro potu ſit decoct. Spec. ordinarium et infuſum flor. Sambuc. Diaeta plena. Veſpere. Exacerbata Symptomata: calor inprimis auctus; ſudor levis.

Die 2da. Somnum interrupit tuſſis, ſputis tamen ſpumoſis & viscidis, mox prodeuntibus, levata. Per noctem ſudor viscidus; caput magis liberum: dolor lateris punctorius, oppreſſio pectoris & anguſtatio, leviora tamen, perſtitere. Reſpiratio adhucdum difficilis, & inſpiratione profundiore tuſſis; decubitus utrinque poſſibilis; lingua humida, ſitis tamen magna, anorexia, facies atque animus hilarior; dolores artuum nulli; pulſus parum frequentes, minusque debiles; alvus clysmate prolecta. Heſterna medicamina.

Veſpere nulla exacerbatio.

Die 3tia. Nox tuſſi inquieta: ſymptomata eadem, & medicamina, ac heri fuerunt.

Die 4ta Tuſſis modica dormientem parum turbavit; tempus matutinum verſus ſudor; dolor capitis pectorisque anguſtatio evanuere; reſpiratio, licet ex profundo petita, ſine tuſſi peracta; dolor lateris punctorius minor & acutie imminuta humerum verſus ſeſe extendens, va-

gus, mox humerum, mox hanc et illam thoracis partem occupans. Sitis adhucdum multa; adpetitus redux; alvus ſponte ſoluta; pulſus, uti in ſtatu ſano. Continuentur ſingula,

Die 5ta ad 7mam. Noctes paſſim bonae; ſudores multi, univerſales; levis in dextra thoracis parte dolor; cetera, uti medicamina eadem.

Die 8va. Omnia eadem, praeterquam, quod dolor modo memoratus vagari per thoracem inciperet, mox ceſſaturus. Quod cum eveniſſet, aegram die 11ma ſanam dimiſimus.

Weigand.

Peripneumonia sthenica.

Margaretha Kreſs, puella 25 annorum, Steinbacenſis, ancilla. Quinque ante annis phtiſi jam laborare credita, ab hoc morbo, quum in Noſodochio noſtro degeret, variis tentatis remediis tandem liberata fuit, ita tamen, ut ſemper aliqua reſpirandi difficultas remaneret, et tuſſicula ſicca. Interim corporis incrementum atque robur leves haſce inter adfectiones omnino non decreſcere, ſed augeri potius, fuit obſervatum.

Die 12ma Januarii, menſtruationis tempore lintea lavans atque multum perfrigerata, illa ſubito ceſſante, pectoris inde oppreſſionem, tuſſim vehementem, artuum dedolationem atque capitis dolorem eſt experta. Quae, licet moleſtiſſima, eam non impediere, quominus per ſex dies munere ſuo fungeretur. Aſt, quum per tempus hoc, urenti gelu, multa perpeteretur refrigeria, quae fornacis calore lenire ſtuduit, die 19na Januarii vehementi horripilatione invaſa paulo poſt

animi deliquio fuit proſtrata. Calor exim, pectoris oppreſſio, anxietas, reſpiratio difficilis, ſuſpirioſa, ſenſusque ſuffocationis inſecuta, cum capitis dolore, inquietudine ac ſiti. Pulſus frequentes, debiles. Ordinabatur:

Rec. Aq. flor. Sambuc. unc. ſex.
Sal. ammoniac. depurat drach. unam.
Roob Sambuc. unc. dimidiam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochl. magnum.

Rec. Flor. Sambuc.
Rad. Altheae. aa. unc. unam.
M. D.

S. Pro potu theiformi.

Die 20ma. Nox praegreſſa valde inquieta. Mane reverſum frigus cum calore ſubſequenti. Adfuere dicta jamjam ſymptomata, acutie graviora; reſpiratio inſimul brevis et laborioſa; dolor lateris ſiniſtri punctorius tuſſim et reſpirationem impedivit; facies tumida, praerubra, oculi torvi; pulſus duri, fortes, pleni; alvus obſtipata; vomitus inanes aegram paſſim magis magisque anxere.

Rebus ita conſtitutis, ſanguinis unciae octo ex brachio ſiniſtro miſſae; injectum dein clysma ex Decocto Specierum emollientium, praescriptaque ſequens mixtura:

Rec. Nitri depurat. drach. unam.
Aq. fontan. unc. ſeptem.
Oxymel. ſimplic.
Syrup. rubi idaei aa. unc. unam.
M. D.

S. Sumat quovis bihorio duo cochlearia magna.

Pro potu ordinario habeat Decoctum hordei cum oxymelle. Diaeta ſit tenuis, regimen frigidum.

Die 21ma. Nox inſomnis, atque inquieta. Sanguis e vena miſſus cruſtam phlogiſticam retulit. Dicta Symptomata uno tenore omnia perduravere. Venaeſectio altera ad uncias octo inſtituta et clysma ad aluum ſollicitandam adplicatum. Ordinabatur inſuper:

Rec. Nitri depurat. drachm. unam.
Arcan. duplicati. drach. duas.
Decoct. hordei. unc. ſeptem.
Mell. optim. unc. unam,
M. D.

S. Sumat omni bihorio vasculum dimidium.
Diaeta et regimen eadem.

Inciſa vena confeſtim ad Noſocomium aegra deportata; ibique ordinata jamjam medicamina ſunt continuata.

Veſpere. Facies pallida, caput non omnino occupatum; reſpiratio libera, tuſſis rara, ſputis puriformibus conjuncta; dolor lateris punctorius imminutus; profunda tantummodo inſpiratione auctus; lingua humida, ſitis nulla. Pulſus parum frequentes, et molles, calor corporis minor; cutis madida; ſitus in dorſo quietus; alvus bis aperta; urina e flavo rubeſcens. Continuentur ſingula et lateri adhucdum dolenti adplicentur inunctiones ex linimento volatili camphorato, et fomentationes ex Decocto ſpecierum ſic dictarum emollientium.

Die 22da. De nocte per aliquot horas tranquilla dormivit. Mane autem magnam ſenſit debilitatem. Reſpiratio omnino fuit libera; dolor lateris fere nullus; Tuſſis rara; Pulſus frequentes, parvi, facile comprimendi, cutis mador. Conqueſta eſt aegra de artuum dedolatione, aurium ſuſurru, vertigine. Urina limpida, alvus una vice aquoſa ſeceſſit. Ordinabatur;

℞. Camphor. gran. decem.
Pulv. gi. arabic. unc. dimidiam.
Aq. font. deſtillat. unc. ſeptem.
Syrup. emulſiv. unc. unam.
M. D.
S. Sumat quavis hora cochl. magnum.

Diaeta plena; regimen calidius.

Veſpere. Omnia eadem. Pulſus molles, non admodum frequentes; dolor lateris adauctus; cutis maduit; tuſſis rara ſputis juncta. Continuetur mixtura et adplicetur veſicans parti dolenti.

Die 23tia. Ob dolores a Veſicatorio inductos aegra parum quievit. Veſica ab eodem excitata inciſa & ſero in ea contento evacuato more ſueto fuit deligata. Dolor lateris in reſpirando fere nullus; reſpiratio libera, tuſſis admodum rara. Vertigo & aurium ſuſurrus evanuere. Aegra alacrior nil, niſi laſſitudinem accuſavit. Pulſus molles, et uti in ſtatu ſano. Adpetitus rediit & reliquae functiones integrae obſervatae,

Continuentur mixtura, Diaeta ac regimen.

Die 24ta. Aegra optime quievit. Nil omnino, niſi laſſitudinem, conqueſta. Tuſſis perquam rara, qua ſputa aliqua miſit. Adpetitus bonus et ceterae functiones in ſtatu ſano.

Continuetur mixtura, habeat portionem quadrantem ac pro potu ordinario decoctum lichenis islandici cum rad. liquiritiae.

Vefpere eadem conditio.

Die 25ta. Eadem. Tuffis vero nulla, ac laffitudo minor. Sepofuimus mixturam camphoratam et continuavimus decoctum lichenis. Cujus ufu per quatuor dies poftea continuo laffitudinem decrefcere obfervavimus. Ad firmandam autem fanitatem ordinavimus die 30ma Januarii:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. unam.
infunde aquae fervent. unc. quinque.
Cola. Colatur. adde
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Sumat quavis hora cochl. magnum.

Pro Diaeta fit portio dimidia; pro potu vinum aqua dilutum.

Hifce per reliquos dies, quibus in Nofodochio degebat, continuatis, quum fanitatem reparatam, perfectamque obfervaffemus, die 5ta Februarii eam dimifimus.

Brandner.

Peripneumonia fthenica.

Petrus Varvaquer, Presbyter Flandrus, 54mum annum agens, corporis fat robufta conftitutione praeditus, optima per annos viginti valetudine gaudens, brevi transacto tempore, quum frigoris calorisque viciffitudini fefe frequenter expofuiffet, catarrho vehementi corripitur. Quem utpote nunquam antehac ullo pectoris morbo detentus, nihili faciens plures feptimanas fuetum inter potus fpiri-

tuoſi uſum transmittit, atque ſupervenientibus horripilatione ingenti cum ſubſequente calore intenſo, dolore in ſiniſtra thoracis parte punctorio, ad quamvis reſpirationem aucto; tuſſicula, ſenſu oppreſſionis, reſpiratione laborioſa, anxietate, ſiti, inquietudine, per duos adhucdum dies domi ſuae remanet, ſpirituoſorum hauſtu malum profligaturus, ceterum in naturae auxilio omnem fidem reponens, aſt infauſto cum eventu. Namque ita omnia exaſperantur ſymptomata, ut, quid faciat, ignarus ad Noſocomium confugiat; — in recepto die 14ta Januarii invenimus praeter dicta phoenomena pulſus frequentes ſubduros; calores per totam corporis ſuperficiem urentes, genarum ruborem, oculos torvos; conqueritur inſuper aeger de congeſtionc ſanguinis verſus caput, de cephalalgia, vertigine, ſcintillis ob oculos volitantibus et aurium ſuſurru. Somnus fere nullus, isque inſomniis ac ſpectris horrendus. Lingua pura, humida; adpetitus proſtratus, ſitis ingens; alvus obſtructa. De morbi genio amplius non dubii venaeſectione ad uncias ſeptem inſtituta, praeſcribimus:

℞. Sal. ammoniac. depurat. drachm. unam
ſolv. in
Aq. flor. ſambuc. unc. octo adde
Roob ſambuc. drach. duas
Mellis optim. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochl. magnum.

℞. Decoct. hordei libr. unum.
Oxymel. ſimplic. unc. unam.
M. D.

S. Pro potu ordinario.

℞. Liniment. volat. unc. duas.
S. Frictione adplicetur parti thoracis dolenti.
Clysma injectum emolliens.
Diaeta tenuis; regimen frigidum.

Peracta venaesectione mox sequitur levamen respirationis; doloris lateris vehementia, pulsusque durities remittunt. Vespere vero exacerbatio febris, ac omnia symptomata recrudescunt.

Die 15ta. Per noctem somnus nullus; immo nox valde inquieta cum deliriis blandis. Mane omnia symptomata eadem praeter lateris dolorem acerbiorem, auctamque anxietatem, ac tussim siccam. Pulsus duri. Sanguis superiori die missus crusta phlogistica tectus.

Altera vice sanguine misso, qui fere unius esset librae ordinatur:

℞. Nitri depurat. drach. unam.
Arcan. duplicat. drach. duas.
solv. in
Aq. font. destillat. unc. octo
adde
Syrup. rubi idaei. unc. unam. cum dimidia.
M. D.
S. Sumat quavis hora cochl. magnum.
Diaeta et regimen eadem.

Alvus clysmate emolliente sollicitata.

Vespere. Febris leviter exacerbata. Pulsus molles; dolor lateris punctorius remittit; respiratio liberior; sputa tussi exscreantur; cutis modice calens madet; alvus bis soluta; sanguis mane missus crustam phlogisticam refert. Cetera eadem.

Die 16ta. Nox inquieta. Cetera eadem, ac heri sub vesperum fuerant; continuentur medicamina.

Vespere. Levis exacerbatio. Symptomata eadem, pulsus molles, ast frequentiores. Alvus per diem ter aperta.

Die 17ma. Aeger parco somno de nocte recreatus. Oppressio pectoris nulla; profunda inspiratione lateris dolor, sed minor, quam diebus superioribus: tussis humida; sputa cocta; cutis mador; facies pallet; pulsus molles, parum frequentes.

Vespere. Nulla febris, neque symptomatum exacerbatio; alvus bis secessit. Continuentur singula.

Die 18va. Nox sat bona. Tussis rara, sputis copiosis, coctis juncta. Dolor lateris fere nullus; oppressio nulla. Pulsus uti in statu sano. Cetera eadem. Ordinatur:

℞. Sulphur. aurat. antimon. gran. dimidium.
Extract. hyosciam. gran. unum.
Sacchar. alb. gran. decem.
M.
F. Pulv. dent. tal. doses nro. novem.
S. Capiat omni bihorio dosin unam.

℞. Lichen. islandic.
Rad. Altheae.
— Liquirit. aa. unc. unam.
M. D.
S. Pro potu ordinario.

Diaeta plena; regimen modice calidum.

Vespere. Nulla exasperatio.

Die 19na ad 21mam. Omnia eadem.

Die 22da. Nox bona. Adpetitus redit; pectoris adfectio nulla; tussis rara perstat. Sputa parca, sed cocta, ejiciuntur. Ceterae functio-

nes integrae: Utatur decocto lichenis island. pro potu ordinario.

Diaeta portio quadrans.

Die 23tia ad 28vam eadem perdurat rerum conditio. Exin vero remittentibus tuſſi et ſputis, ad firmandam ſanitatem ægrum retinemus in Noſodochio, et lautiori Diaeta tandem reſtitutus excedit die 12ma Februarii.

Schinz.

Ophtalmia asthenica.

Margaretha Keller, Schlüſſelfeldenſis 39 annos nata, ancilla. Quum, parentibus praematura morte ereptis, puella adhuc ob rerum inopiam cognatos adire coacta fuiſſet, brevi ab iisdem deſtituta, aetatis anno 20mo munus ancillare ſubire, ſibi duxit conſultiſſimum.

Inde ab illo tempore refrigeriis frequentibus, pluviis, variisque aliis potentiis nocentibus expoſita doloribus rheumaticis, modo vagis, modo fixis, organum viſus ac caput praecipue obſidentibus, vexari coepit. Qui dolores ſaepius diſparuere, ſaepius etiam rediere, nullo medicaminum uſu interpoſito. Decembris autem initio 1798 horripilatione cum alternanti calore eſt correpta. Comparuere eo tempore dolores artuum lancinantes, dolor oculi dextri gravativus ab orbita ad occiput extenſus, ac ſumma lucis impatientia. Chirurgus qnidam deſuper conſultus praeſcripſit purgantia draſtica: unde frequentiſſimae excretiones alvinæ, inſignisque virium dejectio. Priſtinum vero malum non modo non levatum; ſed multo potius quavis die augeri obſervatum eſt: nescia ita-

que, quo ſe verteret, confugiens in Noſocomium noſtrum, die 11ma Januarii 1799 recepta oſtendit præter ſymptomata ſupra adlata, quæ nocte in primis exaſperabantur, ſequentia: oculum dextrum inflammatione detentum et dolentem, ita, ut vix lucis radium perferre poſſet; hinc palpebræ continuo clauſæ, matutino tempore humore craſſo ſebaceo et inſpiſſato conglutinatæ; oculi lacrymantes; rubor tunicæ conjunctivæ; dolores, ut ſupra memoravimus, lancinantes ex oculo occiput verſus tendentes; pulſus frequentes atque debiles; ordinavimus:

℞. Spir. Minderer. unc. dimidiam.
Vin. antimon. Huxh. drach. duas.
Tinct. thebaic. drach. unam.
M. D.
S. Sumat quovis bihorio guttas viginti.

℞. Flor. Sambuc.
— Chamomill. aa. unc. dimidiam.
Camphoræ. Scrup. duos.
M. D.
S. Ad ſacculos oculo imponendos.

Porro Veſicatorium ad nucham. Diæta, portio quadrans; pro potu habeat decoctum ordinarium; regimen modice calidum.

His remediis per quatuor dies continuatis oculi dextri inflammatio, lucis impatientia, dolores capitis et artuum lancinantes, pulſuum frequentia et debilitas remiſere, febrisque ceſſavit. Atque rebus ita verſantibus die 15ta ordinavimus:

℞. Vitriol. alb. gran quindecim.
Solve in
Aq. font. unc. una.
D.

S. Palpebris oculi adfecti linteo per diem frequentius adplicetur.

℞. Pulv. rad. Valerian. unc. dimidiam.
Infund Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. Colatur. adde
Spirit. Minderer. unc. unam.
Mell. optim. unc. unam cum dimidia.
M. D.

S. Capiat quavis hora cochl. unum.

Diæta. Portio dimidia. Pro potu vinum aqua dilutum. Cetera eadem.

Continuato horum uſu medicaminum usque ad 18vam per tres dies, obſervavimus per hosce dies ſenſim ſenſimque phoenomena ſupra dicta exaſperari. Hinc abſtinuimus a remedio externo continuantes interna, et præscripſimus tinct. thebaicæ per diem guttas duas bis oculo inſtillandas. Quibus remediis utens ægra ſenſim ſenſimque omnia morboſæ cum oculi, tum univerſi corporis adfectionis ſymptomata evanescere animadvertit, tantusque oculi ſplendor, tantumque robur acceſſit, quantum antehac, uti ipſa fatebatur, nunquam experta fuit. Hinc perfecte ſanata 31ma Januarii Noſocomio exiit.

C. *Schmitt.*

Colica.

Dorothea Raab, 44 annorum coqua, pago Zellingen oriunda, habitu corporis robufto atque craffa femperque fana, ante aliquot annos variis imi ventris moleftiis adfligebatur. Venter erat æqualiter extenfus, craffus, durus, tactui renitens; exploratione neque aquarum fluctuationem, neque aeris contenti fonum, ut in tympanite, edens, neque graviditatis indicia commonftrans. Aegra abdominis fenfu gravativo, oppreffione, conftrictione angebatur; adpetitus erat dejectus, alvus adftricta; urina parca, rubra. Porro flatus, borborygmi, fitis ægram excruciabant. Refpiratio obfervabatur brevis, ad quemvis motum laboriofa; cordis palpitatio, pulfuum frequentia non auctorum, exilitas. Per vices dolebat caput in fronte. Somnus inquietus, infomniis turbatus. Decubitus in dorfo, corpore elevato; ad latera fi fieret, augebat omnia dicta phoenomena. Ceterum perfiftente corporis robore ac craffitie magnam fentiebat ægra artuum dedolationem, mentis et corporis inertiam. Pedes femper oedemate tumebant. Menftruale flumen rite quidem, aft modice et per brevius folito tempus ftillabat; fanguis eo emiffus non colore floride rubro, fed atro tinctus, grumofis aquis ac multa pituita mixtus adparebat. Hisce modo magis, minus modo, agitabatur cruciatibus.

Malo vigente fæpius ad remedia confugiebat purgantia, per tempus fibi aliquod levamen inde concilians; interim et medicos confulebat, qui obftructiones imi ventris, immo indurationes, aliaque organica vitia augurantes, morbum variis remediis, uti vocant, folventibus, v. g. gum-

matibus ferulaceis, extractis amaris, ſalibus mediis, ſapone veneto, mercurio, pulvere rad. ſcillæ, et ſi non depellere, ſaltim lenire ſtudebant. Cujus modi remediorum uſu morbus ſemper mitigatus, dum adhiberentur, neglectis vero ingravescebat; atque ita inter medicamentorum uſum et cruciatus per vices eam invadentes trium quatuorve annorum ſpatio miſerrima ſorte utebatur. Die 10ma Januarii autem, ſat bene valens, quum farciminis ex carne ſuilla parati fruſtum comediſſet, ac inſuper hauſtum aquæ frigidæ ingurgitaſſet, ſubito corripiebatur vomitu frequenti, inani, ac colicis imi ventris doloribus, regionem epigaſtricam præcipue infeſtantibus. Alvus erat adſtricta, urina rubra. Abdomen tumidum et durum leviſſimum ferre adtactum nequibat. Summa inquietudo, atque anxietas. Hasce inter calamitates diem cum nocte tranſigens pertinaci animo ferebat dolores. Die 11ma, noſtrum tandem auxilium imploravit.

Invenimus præter dicta phoenomena abdomen valde inflatum, durum; herniam umbilicalem, chirurgica manu exploratione facta, non incarceratam, ſed facile reponendam; leviſſimum in quacunque abdominis regione adtactum non ferendum; vomitus adhuc continuos, urinam parcam inter dolores rubram emiſſam. Reſpiratio difficilis, brevis, accelerata; pulſus parvi, frequentes, debiles, vix tangendi; facies pallida, collapſa, frigidæque extremitates fuere cum ſudore viscido ac frigido totum corpus obſidente.

Ordinabantur ancipiti hac rerum conditione ſequentia:

℞. Aquæ flor. Chamomill. unc. octo.
Laud liq. Sydh. guttas decem.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni dimidia hora unciam dimidiam.

℞. Liniment. volatilis. unc. tres.
Laud. liq. Sydh. drach. unam.
M. D.
S. Pro abdominis inunctione.

℞. Flor. Sambuc.
— Chamomill.
Hb. Cicutæ.
— hyosciam. aa. unc. unam.
Semin. lini contus. unc. dimidiam.
M. D.
S. Species pro fomentatione abdominis aqua coquendæ.

℞. Specier. emollient. unc. ſex.
D.
S. Pro clysmatibus.

Potus ex Decocto Altheæ.

Veſperi. Eadem ſymptomata. Aſt nulli vomitus; major pectoris oppreſſio, reſpiratio difficillima, major anxietas; (dolores abdominis vehementiores. Urinæ retentio, cujus effluxus cathederis ope promovebatur. Pulſus fortes, ſubduri.

Ordinata venæſectione ad libram unam, continuabantur fomentationes et clysmata: intus adſumendum ſequens:

℞. Olei amygdalar dulc. unc. unam.
Mucilag. gmi arabic. q. ſ. trit.

Aquæ flor. Sambuc. unc. ſeptem.
Syrup. Diacod. unc. unam et dimidiam.
M. D.
S. Sumat quavis hora dimidia unc. dimidiam.

Die 12ma. Nox inquietiſſima. Cetera eadem. Pulſus vero frequentes, parvi, debiles, vix tangendi. Sanguis vena miſſus nullius erat conſiſtentiæ, multo ſero viridescente remixtus, ac exigua cruoris valde friabilis et reſoluti, quantitate. Addebantur mixturæ ſuperius præscriptæ Laud. liq. Sydenhami guttæ viginti; adplicabantur abdomini linimentum volatile camphoratum et fomentationes ſupra adlatæ; pro clysmate vero ſequens:

℞. Pulv. rad. Valerian.
Flor. Chamomill. aa. unc. dimidiam.
infunde in
Aquæ fervent. libra una et dimidia.
Cola. in Colatur. diſſolve
Aſſ. foetid. vitell. avor q. ſ. trit. drach. tres. adde
Olei lini. unc. dimidiam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Pro clysmatibus.

Veſperi. Increvere omnia ſymptomata ac ſumma virium dejectio: reſpiratio anxia et ſtertoroſa. Venter valde inflatus ac, uti in meteorismo, extenſus; ægra non percipit amplius dolores, aboliti obſervantur omnes ſenſus; et ſic miſera eadem nocte diem obit ſupremum.

Sectio cadaveris.

Perveſtigatione externa invenimus:

1) Abdomen valde inflatum, extenſum, durum.

2) Herniam umbilicalem facile reponendam.

3) Maculas liv das colli ac femoris.

Exploratione abdominis interna:

4) Cavum abdominis sero sanguinolento impletum, quod secto abdomine effluxit.

5) Uterum extensum, sub adtactu durum, usque ad regionem umbilicalem porrectum. Faciem referebat foetus in cavitate sua latentis. Exemti autem uteri, adcurateque explorati offendimus superficiem anteriorem duro ac magno tumore occupatam, ipsam uteri substantiam intus pervadente. Hic uteri tumor ad tantam abdomen expandit magnitudinem, tactui renitens, quantam in viventis adhucdum exploratione externa indagavimus. Uteri fundus cum collo ab hoc tumore liber fuit; liber etiam posterior ejus paries, anteriore penitus obsesso. Dissecto tumore prodiit steatoma verum, substantiam parietis anterioris tenens; ita, ut quilibet uteri parietem ac steatoma a se omnino non diversa eademque indicaverit. Involvere steatomatis superficiem membranæ plures, crassæ, tenaces, quasi tendinosæ, ac inter se tela cellulosa connexæ, scalpelli ope facili negotio separandæ. Tumoris superficies lævis et plana; ipse autem, sive paries uteri morbosus ita extensus fuit atque tumidus, ut tribus pollicibus, atque etiam amplius, ante uteri fundum, facile de cetero distinguendum, promineret. Fundus ipse parti mediæ posteriori forma arcus protuberantis insedit; infra quem cernebatur eminentia quædam steatomati similis, magnitudinem nucis juglandis referens, ampla basi uteri parieti posteriori inhærens.

Tumor hic steatomatosus oblique extensus videbatur, ita, ut ovi figuram oblique siti imitaretur,

altera basis ampla ad dextram, exigua ad sinistram altera jacebat. Peripheria, ubi erat amplissima, 22 pollices cum dimidio; superficies vero anterior a fundo uteri usque ad orificium ejus externum 16 itidem cum dimidio habuit, contra posterior a fundo usque ad orificium uteri externum 6, crassities parietis steatomatosi 6 pollicum et dimidii fuere. Uteri steatomate adfecti cum reliquis genitalium partibus simul sumtis pondus aequavit libras novem. Cavitas uteri dupla longitudine, quam in statu non morboso, major, plane non concreta. In musaeo anatomico nunc memoratus tumor, cuilibet medico, cum ceteris praeparatis, inspiciendus adservatur.

6) Invenimus omentum hernia umbillicali contentum, nec incarceratum ad marginem superiorem umbilici ex parte quadam, uti et in diversis uteri tumidi locis superficiei posterioris adcretum.

7) Intestina tenuia omnino fere inflammata, e fusco rubra, passim et gangraenosa. Quorum inferior pars, seu finis, inter uterum morbosum ac os sacrum incarcerata, ita, ut vix eximi potuerit.

8) Superficies hepatis, uti quoque lienis, peritoneo adcreta.

9) Ventriculus valde extensus.

Atque haec sunt, quae sese nobis obtulerunt videnda, a statu sanitatis recedentia, mortemque atrocem inferentia.

Brandner.

Hydrops ascites.

Ursula Kreß, Bergrottenfeldensis 23 annos nata, per quadriennium mercenarii uxor, sanis orta parentibus, variolis morbillisque feliciter superatis,

aliis infantiae morbis haud fuit infeſtata. Pubertatis annos menſtrua ſine ullo moliminum indicio profluentia, annunciabant; ex quo tempore vero de inſolita ſibi pectoris anguſtia, ad quamvis reſpirationem, praecipue autem ad aſcenſum per ſcalas vel montes aucta, conquerebatur. Moleſtiam hanc nihili faciens, ceterum videlicet ſana, quatuor ab hinc annis matrimonio contracto poſt unius ſpatium anni tempore legitimo partuque ſatis fauſto filiolum edidit ſanum ac nutritum. Verum partu peracto de nocte ſubito terrefactae vehementer altera die lochia ceſſerunt, ex quo et fluxus menſtruus amplius non adparuit. Ex qua lochiorum retentione graviores moleſtias haud percipiens infanti ubera lacte turgeſcentia praebuit, quamquam hoc materno munere fungens, per tempus aliquod ut abſtineret, adhortatione commota eſt, utpote quum diebus ſingulis emarceſceret magis magisque, ac reſpiratio adeo difficilis redderetur, ut ſub inceſſu ſaepius cogeretur ſubſiſtere. Hac rerum conditione crura primum ac ſenſim etiam femora in tumorem oedematoſum attolli coeperunt, qui alternis vicibus adparens, alternis evanuit, donec per hujus anni ſpatium intumeſcere magis abdomen inciperet, ut aegra referebat, graviditatis ſuſpicione nulla.

Aegra ſibi metuens imploravit jamjam medici auxilium, qui morbo pro aſcite declarato, nullis antehac adhibitis medicaminibus paracentheſin inſtitui juſſit, quod ut factum eſt, materiei lymphaticae, gelatinoſae et in ſuperficie aquoſae omnino ſex librae effluxerunt. Parum, vel potius nihil levaminis inde ſentiens, tribus ſeptimanis operationem iteratam paſſa minorem priori quantitatem prodire vidit, plus vero leniminis percepit. Me-

dicus, ut agunt, ordinarius pilullas insimul exhibuit, quarum se sine ullo fructu mille absumsisse testabatur.

Tribus ante mensibus quum symptomata pristina urgerent, tertia vice se paracenthesi subjecit, in dextro latere institutae largis iterum aquarum effluviis; nulla allevatione. Desperans igitur de medici ordinarii auxilio ab alio medicamentum adsumsit, quod, ut videtur, drasticum, largam aquae copiam per alvum evacuavit. Collapsum quidem abdomen et evanida pedum fuisse oedemata, verum tamen majorem retulit totius corporis debilitatem insecutam auctamque respirationis difficultatem.

Jam ad Nosocomium juliaeum confugit, & die 22da Octobris 1798 receptam ita sese habentem invenimus. Constitutio et habitus corporis gracilis debilisque; pulsus debiles, parvi, neque tamen valde frequentes; respiratio, quam in statu sano, difficilior; anxietas, oppressio; periodica cordis palpitatio, ter de die et plerumque mane evigilanti maxime sensibilis. Vertigo interdum, leipothymia insequens; calor a sano non abludens, cutis sicca. Color faciei cachecticus, flavus. Adpetitus bonus, sitis modica. Abdomen volumine quidem auctum, sed molle, parum tensum; aequalis omnium partium extensio, graviditatis ac ponderis sensus, nec fluctuatio ad digiti adpulsum satis percipienda; urina pauca, saturata tamen; alvus, ut in sanitate, nec tamen quotidie deposita. Ordinavimus:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. unam.
Coq. cum Aq. font. unc. sedecim.
ad remanent. unc. octo.

℞. Aquæ flor. Chamomill. unc. octo.
Laud liq. Sydh. guttas decem.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni dimidia hora unciam dimidiam.

℞. Liniment. volatilis. unc. tres.
Laud. liq. Sydh. drach. unam.
M. D.
S. Pro abdominis inunctione.

℞. Flor. Sambuc.
— Chamomill.
Hb. Cicutæ.
— hyosciam. aa. unc. unam.
Semin. lini contus. unc. dimidiam.
M. D.
S. Species pro fomentatione abdominis aqua coquendæ.

℞. Specier. emollient. unc. ſex.
D.
S. Pro clysmatibus.

Potus ex Decocto Altheæ.

Veſperi. Eadem ſymptomata. Aſt nulli vomitus; major pectoris oppreſſio, reſpiratio difficillima, major anxietas; dolores abdominis vehementiores. Urinæ retentio, cujus effluxus cathederis ope promovebatur. Pulſus fortes, ſubduri.

Ordinata venæſectione ad libram unam, continuabantur fomentationes et clysmata: intus adſumendum ſequens:

℞. Olei amygdalar dulc. unc. unam.
Mucilag. gmi arabic. q. ſ. trit.

Aquæ flor. Sambuc. unc. ſeptem.
Syrup. Diacod. unc. unam et dimidiam.
M. D.
S. Sumat quavis hora dimidia unc. dimidiam.

Die 12ma. Nox inquietiſſima. Cetera eadem. Pulſus vero frequentes, parvi, debiles, vix tangendi. Sanguis vena miſſus nullius erat conſiſtentiæ, multo ſero viridescente remixtus, ac exigua cruoris valde friabilis et reſoluti, quantitate. Addebantur mixturæ ſuperius præscriptæ Laud. liq. Sydenhami guttæ viginti; adplicabantur abdomini linimentum volatile camphoratum et fomentationes ſupra adlatæ; pro clysmate vero ſequens:

℞. Pulv. rad. Valerian.
Flor. Chamomill. aa. unc. dimidiam.
infunde in
Aquæ fervent. libra una et dimidia.
Cola. in Colatur. diſſolve
Aſſ. foetid. vitell. avor q. ſ. trit. drach. tres. adde
Olei lini. unc. dimidiam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Pro clysmatibus.

Veſperi. Increvere omnia ſymptomata ac ſumma virium dejectio: reſpiratio anxia et ſtertoroſa. Venter valde inflatus ac, uti in meteorismo, extenſus; ægra non percipit amplius dolores, aboliti obſervantur omnes ſenſus; et ſic miſera eadem nocte diem obit ſupremum.

Sectio cadaveris.

Perveſtigatione externa invenimus:

1) Abdomen valde inflatum, extenſum, durum.

2) Herniam umbilicalem facile reponendam.

3) Maculas lividas colli ac femoris.

Exploratione abdominis interna:

4) Cavum abdominis sero sanguinolento impletum, quod secto abdomine effluxit.

5) Uterum extensum, sub adtactu durum, usque ad regionem umbilicalem porrectum. Faciem referebat foetus in cavitate sua latentis. Exemti autem uteri, adcurateque explorati offendimus superficiem anteriorem duro ac magno tumore occupatam, ipsam uteri substantiam intus pervadente. Hic uteri tumor ad tantam abdomen expandit magnitudinem, tactui renitens, quantam in viventis adhucdum exploratione externa indagavimus. Uteri fundus cum collo ab hoc tumore liber fuit; liber etiam posterior ejus paries, anteriore penitus obsesso. Dissecto tumore prodiit steatoma verum, substantiam parietis anterioris tenens; ita, ut quilibet uteri parietem ac steatoma a se omnino non diversa eademque indicaverit. Involvere steatomatis superficiem membranæ plures, crassæ, tenaces, quasi tendinosæ, ac inter se tela cellulosa connexæ, scalpelli ope facili negotio separandæ. Tumoris superficies lævis et plana; ipse autem, sive paries uteri morbosus ita extensus fuit atque tumidus, ut tribus pollicibus, atque etiam amplius, ante uteri fundum, facile de cetero distinguendum, promineret. Fundus ipse parti mediæ posteriori forma arcus protuberantis insedit; infra quem cernebatur eminentia quædam steatomati similis, magnitudinem nucis juglandis referens, ampla basi uteri parieti posteriori inhærens.

Tumor hic steatomatosus oblique extensus videbatur, ita, ut ovi figuram oblique siti imitaretur,

altera basis ampla ad dextram, exigua ad sinistram altera jacebat. Peripheria, ubi erat amplissima, 22 pollices cum dimidio; superficies vero anterior a fundo uteri usque ad orificium ejus externum 16 itidem cum dimidio habuit, contra posterior a fundo usque ad orificium uteri externum 6, crassities parietis steatomatosi 6 pollicum et dimidii fuere. Uteri steatomate adfecti cum reliquis genitalium partibus simul sumtis pondus aequavit libras novem. Cavitas uteri dupla longitudine, quam in statu non morboso, major, plane non concreta. In musaeo anatomico nunc memoratus tumor, cuilibet medico, cum ceteris praeparatis, inspiciendus adservatur.

6) Invenimus omentum hernia umbillicali contentum, nec incarceratum ad marginem superiorem umbilici ex parte quadam, uti et in diversis uteri tumidi locis superficiei posterioris adcretum.

7) Intestina tenuia omnino fere inflammata, e fusco rubra, passim et gangraenosa. Quorum inferior pars, seu finis, inter uterum morbosum ac os sacrum incarcerata, ita, ut vix eximi potuerit.

8) Superficies hepatis, uti quoque lienis, peritoneo adcreta.

9) Ventriculus valde extensus.

Atque haec sunt, quae sese nobis obtulerunt videnda, a statu sanitatis recedentia, mortemque atrocem inferentia.

Brandner.

Hydrops ascites.

Ursula Kreß, Bergrottenfeldensis 23 annos nata, per quadriennium mercenarii uxor, sanis orta parentibus, variolis morbillisque feliciter superatis,

aliis infantiae morbis haud fuit infestata. Pubertatis annos menstrua sine ullo moliminum indicio profluentia, annunciabant; ex quo tempore vero de insolita sibi pectoris angustia, ad quamvis respirationem, praecipue autem ad ascensum per scalas vel montes aucta, conquerebatur. Molestiam hanc nihili faciens, ceterum videlicet sana, quatuor ab hinc annis matrimonio contracto post unius spatium anni tempore legitimo partuque satis fausto filiolum edidit sanum ac nutritum. Verum partu peracto de nocte subito terrefactae vehementer altera die lochia cesserunt, ex quo et fluxus menstruus amplius non adparuit. Ex qua lochiorum retentione graviores molestias haud percipiens infanti ubera lacte turgescentia praebuit, quamquam hoc materno munere fungens, per tempus aliquod ut abstineret, adhortatione commota est, utpote quum diebus singulis emarcesceret magis magisque, ac respiratio adeo difficilis redderetur, ut sub incessu saepius cogeretur subsistere. Hac rerum conditione crura primum ac sensim etiam femora in tumorem oedematosum attolli coeperunt, qui alternis vicibus adparens, alternis evanuit, donec per hujus anni spatium intumescere magis abdomen inciperet, ut aegra referebat, graviditatis suspicione nulla.

Aegra sibi metuens imploravit jamjam medici auxilium, qui morbo pro ascite declarato, nullis antehac adhibitis medicaminibus paracenthesin institui jussit, quod ut factum est, materiei lymphaticae, gelatinosae et in superficie aquosae omnino sex librae effluxerunt. Parum, vel potius nihil levaminis inde sentiens, tribus septimanis operationem iteratam passa minorem priori quantitatem prodire vidit, plus vero leniminis percepit. Me-

dicus, ut agunt, ordinarius pilullas insimul exhibuit, quarum se sine ullo fructu mille absumsisse testabatur.

Tribus ante mensibus quum symptomata pristina urgerent, tertia vice se paracenthesi subjecit, in dextro latere institutae largis iterum aquarum effluviis; nulla allevatione. Desperans igitur de medici ordinarii auxilio ab alio medicamentum adsumsit, quod, ut videtur, drasticum, largam aquae copiam per alvum evacuavit. Collapsum quidem abdomen et evanida pedum fuisse oedemata, verum tamen majorem retulit totius corporis debilitatem insecutam auctamque respirationis difficultatem.

Jam ad Nosocomium juliaeum confugit, & die 22da Octobris 1798 receptam ita sese habentem invenimus. Constitutio et habitus corporis gracilis debilisque; pulsus debiles, parvi, neque tamen valde frequentes; respiratio, quam in statu sano, difficilior; anxietas, oppressio; periodica cordis palpitatio, ter de die et plerumque mane evigilanti maxime sensibilis. Vertigo interdum, leipothymia insequens; calor a sano non abludens, cutis sicca. Color faciei cachecticus, flavus. Adpetitus bonus, sitis modica. Abdomen volumine quidem auctum, sed molle, parum tensum; aequalis omnium partium extensio, graviditatis ac ponderis sensus, nec fluctuatio ad digiti adpulsum satis percipienda; urina pauca, saturata tamen; alvus, ut in sanitate, nec tamen quotidie deposita. Ordinavimus:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. unam.
Coq. cum Aq. font. unc. sedecim.
ad remanent. unc. octo.

Cola; in Colatur. diſſolv.
Extract. amar. drach. duas.
adde
Liq. anod. min. Hoffm. drach. unam,
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Capiat quovis bichorio cochlearia duo.

℞. Pulv. rad. ſcillae. gran. duo.
Calam. aromatic. ſcrp. dimidium.
Sachar. alb. ſcrp. unum.
M.

F. pulv. diſpenſ. tal. doſes ſex.
S. Omni trihorio capiat doſin unam.

℞. Liniment. volat. camphorat. unc. duas.
D.

S. Ad inunctionem abdominis.

Diaeta. Portio dimidia; pro potu ſit Decoctum ſpecierum ordinarium cum menſura vini dimidia. Regimen calidum, ſiccum, quietum. His utens medicaminibus aegra ſub ſymptomatibus ſupra memoratis mox remittentibus, mox etiam auctis Octobrem transegit, donec a die 2da Novembris ad tertiam de nocte, ceterum inquieta, ſuffocationes graviſſimae, cordis palpitatio ac anxietas ſumma accederent. Pulſus parvi, debiles, tardi. Abdomen magis tumidum. Exinde praeter abſentes ſuffocationes, accedentes vero ſpasmos abdominis et ſedes mucoſas cum levamine ſupervenientes a die 6ta Novembris omnia fuerunt eadem usque ad 7mam. Ordinatum eſt ſequens medicamen:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. dimidiam.
Extract. gentian. rubrae. drach. duas.
Aq. font. q. ſ. ſolut.

Flor. ſal. ammoniac. martial. drach. tres.
Mell. optim. unc. quatuor.
M.
F. electuarium.
DS. Capiat quovis bihorio duo cochlearia parva.

A die 7ma ad 6tam. Pulſus, ut plurimum, tardiſſimi, interdum quadraginta ſolummodo vicibus micantes, de cetero in utraque manu inaequales; palpitatio cordis per aliquos dies perpetua; aquae copia primum imminuta, mox dein crevit. Sub diem demum 17mam ad 21mam pulſus eſſe fortiores & frequentiores atque cordis palpitatio imminui coeperunt. Ordinavimus:

℞. Pulv. Rad. ſcillae gran. tria.
Calomel. optim. gran. unum.
Sacchar. alb. ſcrup. unum.
M.
F. Pulv. pro doſi. diſpens. tales doſes ſex.
D.
S. Omni trihorio capiat doſin unam.

Continuetur etiam in electuario ſupra praeſcripto, demtis flor. ſal. ammoniaci martialibus.

Omnia porro, excepta die 21ma, cum in eodem ſtatu verſari pergerent, (qua die nonnullae ſedes mucoſae, cum aquae in ventre contentae diminutione ventrisque detumeſcentia et levamine ceſſantique palpitatione cordis ſubſequebantur per reliquos etiam dies continuae,) die tandem 24ta ſuffocationes recruduere per duos quoque ſubſecutos dies non ceſſantes. Praeſcripſimus:

℞. Pulv. rad. ſcillae. gran. quatuor.
Sacchar. albi ſcrp. unum.
M.
F. Pulv. dentur tales doſes ſex.
S. Sumat per diem tres doſes.

Electuario addantur de novo flor. fal: ammoniaci martiales.

Cum die 27ma aquarum adcumulatio in ventre major videretur, abdomen hinc volumine incresceret, pulveris modo dicti per diem doſes quatuor ſumendæ ordinabantur; jamque ſubſecuto tempore ad 1mam Decembris diem ſedes aquoſæ cum levamine oriebantur; nec tamen 1ma Decembris illa aquarum in ventre adcumulatio nec ventris tumor vel quidquam minui videbantur; ſedes aquoſæ quum ceſſaviſſent, nox inquieta et ſuffocationes acceſſere majorem in modum; quin immo 2da die ſalivationis ſymptomata prodiere quod Calomel per errorem adhuc fuerat porrectum; quo ſatis mature animadverſo, dicta ſymptomata die 3tia jamjam ſiluere. Ordinabatur :

℞. Pulv. rad. ſquillæ. gran. duo.
— Vincetoxici. gran. decem.
Calam. aromatic. gran. ſex.
Sacchar. alb. ſcrup. dimidiam.
M.
F. Pulv. diſpens. tal. doſes ſex.
S. Capiat tal. doſes tres per diem.
℞. Vin. amar. libr. dimidiam.
S. Aliquoties per diem ſumat vaſculum unum.

Die 4ta. Nulla mutatio, uti etiam quinta.
Die 6ta. Urinæ excretio aucta; 7ma ad ſolennem homini ſano reducta. Variis interim vicibus ſuffocationes contigere uſque ad 12mam, qua ordinabatur :

℞. Folior. digital. purp. drach. duas.
infunde
Aquæ fervent. unc. ſex.

Cola. Colatur. adde
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochl. unum.

Prima ab hoc præscripto medicamento die nulla gravioris momenti mutatio; insequenti autem nocte vomitus et nausea perpetua; virium magna prostratio; scintillæ ante oculos volitantes; pupilla dilatata, insensilis. Pulsus ad quadraginta ictus relapsi. Præcepimus:

℞. Aquæ cinamom. sine vino unc. unam.
— Melissæ, unc. tres.
Liq. anod. min. Hoffm. drach. unam.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.
S. Accipiat omni hora cochlear unum.

Diebus intermediis ad 17mam symptomata 12ma summopere urgentia remiserunt; pulsus fortiores, frequentiones, et urinæ excretio copiosior esse inceperunt; ordinatum est die 17ma sequens:

℞. Pulv. rad. squillæ. gran. duo.
Calam. aromatic. gran. octo.
Sacchar. alb. scrp. dimidium.
M.
F. Pulv. dispensent. tales doses sex.
S. Capiat tres doses de die.

℞. Pulv. cort. peruv. unc. dimidiam.
coq. c. Aq. fontan. unc. duodecim.
ad remanent. unc. sex.
Cola. Colatur. adde
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Omni hora cochl. unum.

Exinde aquæ adcumulatio in ventre, atque hujus tumor minuta; neque minus copiosior urinæ excretio fuit; adeo, ut profusa etiam adpellari posset, palpitatio cordis durans non tam frequenter rediit. Atque hæc evenerunt a 17ma ad 26tam. Jam vero cordis palpitatio prorsus cessavit; aqua, percusso abdomine manibus, fere nulla amplius adesse visa: vires ita recuperavit, ut 1ma Januarii 1799 vegeta dici posset, abdominis fere nullo tumore. Sic se habuit ægra usque ad diem prædicti mensis 7mam; qua repeti jussimus:

℞. Fol. digital purpur. eodem modo, ac supra præcepimus.

Jam functiones omnes eodem fere, ac in statu sano, vigore absolvi ab 8va ad 9nam usque diem observavimus: ast hac pupilla iterum cernebatur dilatata; scintillæ ob oculos versabantur; vertigo, pulsus tardi ad ictus quadraginta iterato ingruere; nec urinæ copiosior excretio: quibus adparentibus resumta medicamina:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. unam.
Coq. c. Aquæ font. unc. sedecim ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur. adde
Extract. trifol. fibrin. drach. duas.
Liq. anod. min. Hoffm. drach. unam.
Mell. depurat. unc. unam cum dimidia.
M. D.

S. Capiat quavis hora cochl. unum.

℞. Pulv. rad. squill. gran. duo.
Calam. aromatic. scrp. dimidium.

Sacchar. alb. Scrp. unum.
M. D. pulv. dent.
Tal doſes, etc. uti ſupra,

Itaque continuatis hisce remediis, quum nullam amplius in abdomine perceperimus aquarum fluctuationem, venter omnino detumuiſſet, functionibus quibusvis in ſtatu ſano verſantibus, perſanatam judicantes, viribusque refectam die 15ta Januarii 17ma ex Noſocomio dimiſimus.

Schinz.

FEBRUARIUS.

Prima et 2da calida, pluviosa, ventosaque fuit tempestas; nives effluxere. A 3tia ad 6tam, coelum ventosum, frigidum, dies sereni ac nebulosi alternabant; omnia autem glacie rigida. A 7ma cum 8va, quibus nives decidere, ad 11mam eadem conditio, hujus vero ad vesperum et per noctem pluvia. Die 12ma, calida nives resolvi coeperunt. 13tia, nec minus 14ta frigus et glacies, hujus etiam sub finem ventus. Nebulosum, ventis pluviisque turbatum, ast calidum, tempus fuit a 15ta usque ad 23tiam, quæ simul cum 24ta serenum calidumque coelum habuit. Moenus ripas transgressus urbis partes vicinas inundavit. Dies 25ta mane glaciem tulit, ceterum nebulosa. Recedente versus vesperam flumine ad ripas, inundatio urbis minor. 26ta nebulosa, quum aquæ omnino defluxissent, plateæ inundatione sordibus relictis squallidæ foetidum dispersserunt odorem. Dies 27ma serena, ventosaque, 28va nebulosa ac pluviosa.

Hoc, uti superiori mense, rheumatismi, pleuritides, ac peripneumoniæ sthenica indole continuaverunt. Rheumatismi omnes fere methodum debilitantem expostulavere. Hinc statim in initio administravi venæsectionem atque remedia interna

ſalina. Raro occurrit aſthenicus, qui lenibus excitantibus tractaretur, chronicus continuo adpellandus.

Ophthalmiam aſthenicam in una ægra animadverti a rheumate univerſali ortam, topicis præcipue ſublatam, ſcilicet tinctura thebaica ad guttas duas ter per diem oculo inſtillata. Porrexi quidem et alia excitantia remedia interna, univerſalia, verum ſine magno Ophthalmiæ levamine; remittentibus rheumaticis doloribus artuum lancinantibus.

Inter reliquos hoc menſe curatos morbos erat tinea capitis notatu digniſſima. Localis fuit morbus et brevi capitis parti exulceratæ ac dolenti inſperſo carbonum pulvere ſanatus. Notum jam ſatis eſt, hoc remedium, ulceribus ſquamoſis, ichorem foetoris tetri fundentibus, peſſimique coloris, eſſe egregium, foetorem corrigere, immo accelerare ſanationem. Idem et alii, ſummam ejus efficaciam in ſcabie laudantes, adhibuere; morbusque adſperſá hoc pulvere totius corporis ſcabie infecta ſuperficie poſt aliquot dies, eo quotidie repetito fuit diſſipatus. Ego vero hujus modi medicamen ad ſcabiem depellendam ipſe nunquam exhibui, ſed, qui ſummis illud extulere laudibus, probi ſunt teſtes, in re medica multum verſati, variisque de ejus efficacia experimentis edocti. Hinc et in animo eſt, quum multi Noſodochio noſtro adfluant ſcabie adfecti, proxima aeſtate repetere experimenta. Interim mihi, generalem meam curandi methodum atque ſententiam circa morbum hunc, ſcabiem dictum paucis hoc loco licebit exponere. Non exiguus eſt numerus, ut dixi, ſcabie adfectorum, quod etiam ex aegrotantium deſignatione hujus et elapſi anni patet. Continuo methodum ſanandi talem retinui.

Scabies morbus eſt localis, contagioſus per contactum, totius corporis cutem occupans, vel ejus tantummodo partes aliquas tenens; multifariis vel exiguis puſtulis, ad baſin rubris, in apice flavis, aquæ limpidæ parcam quantitatem continentibus, vel et magnis, mox rubra area cinctis, mox vero deſtitutis, ſeri puriformis majore copia repletis: adparens continua titillatione moleſta, neceſſitatem quandam corporis perfricandi procreante, quæ pruritu ac calore augetur. Morbo tam frequenti, ac omnibus, præcipue medicis, ſat cognito, quare fuſius deſcribendo facilis ſim, ratio conſequitur. Quid quod ad dignoscendum malum plus confert adſpectus, quam adcuratiſſima ejus descriptio cognitionem conciliet.

Prius interim, quam meam medendi methodum proponam, adnotandum duco, me de ſcabiei genere morbum localem conſtituente, ſolummodo acturum. Quare ne intelligas varia exanthemata, ſcabiei ſimilia, quæ. v. g. ut ajunt, provenire e ſaburra primarum viarum ſolent, aut ex vitiis imi ventris, aut quorum fons abdominalis: quæ porro ex arthritide, lue ſyphilitica, ſcrofulis, ſcorbuto, aliisque, ut adfirmare contendunt, acrimoniis, aut ſuperato aut durante morbo, ortis trahunt originem. Haec omnia dijudicare in praeſentiarum et refutare, licet graviora in contrarium adferre poſſim argumenta, hic loci a propoſito meo alienum eſt. Neque enim ſcabiem, morbum localem conſtituentem, provenire a ſpecifica in humoribus haerente, ut multi opinantur, acrimonia judico, neque varia decocta radicum herbarumque *involventium*, *obvolventium*, *diſſecantium*, *demulcen-*

tium, *dulcificantiumque* expoſtulare, neque purgantia, quibus per alvum eliminetur labes, requirere. Malum enim, cutis neglecta munditie, contrahitur, quod ortum tandem et inveteratum facile per varios contactus propagabitur. Hinc etiam minime mirum videri debet, quare ſine ulla contactus ſuſpicione inter egenos in primis ortam viderimus ſcabiem, videamusque. Etenim ob rerum penuriam non curant corporis cultum ac munditiem, iisdem linteis veſtibusque obtecti plures hebdomadas tranſigunt; vitam ad viliſſimos damnati labores coguntur trahere miſerrimam, quam dummodo ſuſtentare valeant, ſatis habent, ſibique gratulantur. Hac immunditie pori cutanei obliniuntur, neceſſario inde tranſpiratio inſenſibilis cutanea ſupprimitur, atque exin cuilibet exanthematum ejusmodi fontem dijudicare, erit facillimum.

Omnia itaque remedia, quæ incitant, tranſpirationem augent, ideoque poros cutaneos purificant, tali morbo conducent. Unde elucet, quare tantus medicaminum antipſoricorum numerus commendetur. Non ſolum autem immundities, ſed quodvis opificium, ſeu ſervitium, quo cutis facile contaminatur, porique cutanei tranſpirantes obſtruuntur, progignere poteſt ſcabiem. Quamquam in plurimis pro opificii ratione cutis munditiei non ſatis proſpici poteſt; ea tamen conditio eſt, ut, peractis laboribus, corpus ſordibus inquinatum lavandi facultas detur, illudque depurandi. Alia vero opificia, ſervitia, vel artificia etſi videantur munditiei minime obeſſe, cutem tamen, modo forſan inſenſibili, obſervantur contaminare, hujusque pororum obſtructione inducta ſcabiei favere nasciturae. Quo fit,

ut eam maxima ex parte in Lanariis, lanificis, textoribus, militibus, sartoribus aliisque deprehendamus; qui inter pannificia ceterosque labores quum sordibus obductam cutem non videant, parum solliciti et corpus minime lavant, et per septimanas sedent officium suum persecuturi, hunc tantummodo finem intendentes, ut vitam tolerent. Facile autem intelligitur, his opificiis, hoc vitæ genere uno scabie infecto, mox, quum morbus sit contagiosus, et ceteros socios hac tabe inquinari posse. Ergo non solum ex opificii ratione, sed et ex ipso contactu inter opifices eandem fere rem tractantes scabiem propagari, evidens est.

Acaros quidem alii scabiei causam venditant, in reclusis adhuc pustulis inventos: ast an reapse hujus morbi causæ efficientes censeri debeant, dubitatur; nam repertos ab aliis alii se vidisse, pertinaciter abnegant. Jure insecta haec, si revera dentur, cuti inhaerentia, hujus immunditie videntur enata atque sustentata, quæ, correpta morbo locali cute, ipsis in pustulis simul elevantur; adeoque facile perspicitur, ea non esse scabiei causas, sed potius, si existunt, immunditiei effectus, scabiem scilicet et ejusmodi insecta foventis. Porro si scabiem acari progignerent, malum certo, quum undique perrepere possint, citius justoque frequentius invaderet plurimos, quos quidem non infectos in uno eodemque cubiculo cum aliis labe hac inquinatis versari deprehendimus, quin tamen et ipsi morbum suscipiant. Qui proin ut communicetur, non requiruntur acari, sed immediatus vel aegrotantis, vel partium scabiosa materia e pustulis effluente conspurcatarum contactus, quæ sunt

v. g. manicæ, indusia, lecti, strophiola, et reliq. Jam vero morbus hic localis immunditie cutis aut contactu progeneratus diversa sub forma adparet: vel enim sicca scabies est, vel humida. Hæc topicis remediis intra breve temporis spatium cedit, illa, praecipue ubi diu aegrum infestaverit, in — et externis medicaminibus pertinax saepe resistit. Verum enim vero quemadmodum morbus ejusmodi localis haud diu (quod de omnibus vitiis topicis constat) perdurat, quin reliquum corpus in consortium rapiatur, sic quoque idem de scabie inferendum esse, dudum observationes confirmavere. Quum enim incitabilitas per totum corpus aequabiliter sit diffusa, mox, cutis organismo vitiato, et reliquæ functiones a statu sano aberrent, necessum est, nisi felici ac celeri arte malum topicum fuerit sublatum. Persistente igitur per longum temporis spatium scabie, Asthenia intrat, vel cunctas reliqui corporis functiones adoriens. Hinc videmus leves horripilationes cum extremitatum superiorum inferiorumque glaciali velut frigore oriri: digitorum apices livescentes, faciem pallidam, corpus emaciatum, adpetitum depravatum ac, quam vocant, cacochymiam offendimus: his denique accedit febricula, oedema pedum, tabes, neque minus etiam hydrops.

Quodsi autem jam hi morbi universales fuerint orti, praeter externa remedia, praeprimis balnea tepida et interna pro ratione ac gradu Astheniæ tam excitantia diffusibilia, quam roborantia adhibui, de cetero studens, celerrima, qua potuerim, arte scabiem, quamdiu localis morbus fuit, dissipare. Nec tamen interea effugere nostrum scrutinium interna laudata remedia, quæ

autem in genere nisi juncta simul aliis externis et topicis aut nihil aut parum effecere. Siquid præstiterint, tribui semper stimulanti eorum virtuti, qua, cunctis functionibus excitatis, et illa cutis excitabatur. Lenis inde sequebatur, regimine insuper observato modice calido, diaphoresis, cutem sensim sensimque depurans. Qua methodo persanatos semper fuisse aegros, sane fatendum est.

Interna autem, quæ, experimenti gratia, in usum vocavi, medicamina, fuere: Flores sulphuris, antimonialia — Aethiops antimonialis, Kermes minerale, Aethiops mineralis, et reliq. Decoctum ligni guajaci, sarsaparillæ, stipitum dulcamaræ, quibus, ut dixi, nequaquam tribuo specificam scabiei depellendæ virtutem, sed quæ prodesse ceu excitantia, judico. In his alia quoque remedia, v. g. pulverem herbae jaceæ et carbonum frustra exhibui, cujus, etsi externe adplicatus quam maximis effertur laudibus, interne tamen adsumti nullos expertus sum effectus. Externa remedia, praecipue corporis cutisque mundities, fere unica fuere, quæ brevi foedum morbum disjicerent. Varia ab auctoribus commendata medicamina, unguenta, aquæ et reliqua. Hæc autem vel prospiciunt munditiei, cutem purificando, vel ejus augent incitationem: quo facto ipsa functio ad integrum restituitur, morbusque secedit. Laudant alii unguenta sulphure parata, alii unguentum Jaseri; cl. Monro unguentum cum pulvere radicis hellebori albi, Plenk vero aquam calcis cum floribus sulphuris, sale ammoniaco et mercurio sublimato corrosivo depraedicat; Trecourt arsenicum aqua fontana decoctum, Hoffmann mercurium aqua solutum

æque, ac Brinkmann, denique Hufeland unguentum ex radice helenii, etc. ut efficacissima elogiis suis prosequuntur. Nostra autem methodus simplicissima est, ac intra breve temporis spatium scabiem extinguit. Scilicet tota in eo versatur, ut omni ex parte corporis munditiei consulam, tum linteis bene, sæpiusque lotis, tum etiam corporis lavatione atque balneis. Praeter ea quovis vespere alternatim in binis brachiis, binisque cruribus aegrotantes inungere sequens unguentum jussi ea quantitate, ut drachmam unam et dimidiam consumerent una vice:

℞. Olei amygdalar dulcium.
Axung. porcin. recent. aa. unc. unam.
M. f. unguent.

Sequentis diei tempore matutino corpus et præsertim locum, cui adplicatum pridie unguentum fuerat, aqua sapone mixta curavi depurandum. Immo et singulis diebus, si modo anni tempus et constitutio permiserit, balnea tepida, in quibus per quadrantem aut dimidiam horam remanerent aegri, adplicanda praecepi. Horum inter externorum medicaminum usum, pro Diæta, portione quadrante constituta et regimine modice calido procurato absque ullo interno remedio brevi scabies est profligata. In pertinacioribus vero casibus, praesertim si scabies esset sicca, et loco nominati supra unguenti, a Werlhofio commendatum exhibui, cujus drachma dimidia volæ manus inungebatur omni vespere,

℞. Mercur. præcipitat. albi drachm. unam.
Unguent. pomat. unc. unam.
M. D.

quod optimos mihi et celerrimos continuo præstitit effectus.

In scabie tam humida, quam sicca ubi lavatio aqua sapone mixta stheniam topicam nimis irritando procrearet, pustulæque scabiosæ rubentes dolerent, cutis tumida, dura, nec non tensa redderetur, abstinui semper a sapone et mitiora administravi. Hinc praeter unguentum ex oleo et axungia porci, ut monui, ad lavandum, decoctum specierum emollientium optimo cum eventu ordinavi, tam diu et continuare in his ægros jussi, usque dum tumor et rubor partium inflammatarum remiserint.

Tinea capitis.

Barbara Metz, Würceburgensis civis egeni filia, 13 annos nata quum præmatura morte parentes amisisset, hominum misericordia vitam sustentare coacta fuit. Satis inde patet, corporis cultum fuisse neglectum, adeo, ut, etsi tenera morbos infantiles feliciter superavit, corpus tamen pro aetatis ratione parvum, pallidum, debile ac cachecticum obtineret. Accedit, quod egena, quum inter egenos vixerit, omni paupertatis calamitati, præcipue ratione victus, vestitus ac domicilii fuerit exposita. Examine, quum in Nosodochium, quo et 1ma Februarii recepta est, venisset, instituto, præter hæc dicta puellam tinea capitis laborare, ceterum nullis unquam gravibus morbis fuisse adfectam ac functiones omnes in statu sano versari reperimus; tinea morbus fuit unicus, de quo conquerebatur, nec sanitatis labe universali ortus; sed in locali po-

tius vitio, nimirum cultus ac munditiei neglectu æque, ac inopia originem agnoscens.

Totius autem capitis, ſive magis etiam cranii integumenta multis ulceribus fuere perforata, ichorem atque peſſimum ſpargentibus odorem, ita, ut adſtantes eum perferre vix potuerint. Capilli ichore foedi, inter ſe convoluti, implicati, multisque ſquallidi pediculis. Omnia odore foetentia, horrida. Quam ergo localem ex cauſis prægreſſis morbum tineam agnovimus, et remediis topicis decrevimus profligare. Hinc ſtatim capillis abſciſſis totam ulceribus coinquinatam capitis partem ad veſperum pulvere carbonum conſperſimus, qui ne abſtergeretur, lintea et lectum facile conſpurcaturus, fascia quadam crinali caput deligavimus.

Alterius diei tempore matutino, quum ægra per noctem dormiviſſet, ac de cetero bene valeret, caput eſt ablutum aqua tepida, in qua ſaponis quædam pars diſſoluta fuit, quo pulvis facilius abſtergi atque depurari ulcera poſſent. Peracta jam hac lavatione denuo repetita pulveris inſperſio; qua methodo eo usque ſumus usi, dum tinea omnino diſparuerit. Cujus pulveris effectus tam evidens fuit, ut, tertio jamjam die, omni foetore evanido, ulcera capitis optimæ conſiſtentiæ pus effunderent, atque munda, proximaque ſanationi viderentur. Aegra ſat alacris; omnes functiones in ſtatu ſano verſabantur.

Continuata igitur methodo noſtra jamdum 5ta die ulcera omnino fuere ſanata. Integumenta, caput obvelantia, ut in ſtatu ſano, alba, pura, neque tumida, neque paſſim dura, adparuere. Rebus itaque ſic ſe habentibus, quum ægra nullum exinde ſentiret incommodum, noſtra-

que in urbe degeret, ubi malo forsan non penitus sublato auxilium confestim subministrari poterat, urgentibus aliis ægrotantibus, iisque miseris, eam perfecte sanatam, quod eventus confirmavit, 7ma Februarii dimisimus.

Rheumatismus sthenicus.

Joannes Scheinler, Schweinheimensis, 21 annos natus, Sutor. Qui parentibus sanis ortus, corpore robusto ac sanitate illibata semper gaudens, aeris, aliarumque potentiarum injuriis ac vitæ molestiis, quas opifices sæpe experiuntur, neque labefactus unquam, neque morbo fuit detentus. Ultimis vero anni elapsi diebus, frigidissima tempestate faciens iter, quum totum corpus gelu rigeret, pedes subito intumescere sensit. Tumorem postea fornacis calore depulit, ast incongrua hac methodo sibi ad morbum mox describendum opportunitatem contraxisse videtur; quam dein opificii ejus ratio auxit, quum prope parietem humidum labores perficiens ventis etiam per fenestras irrumpentibus interdiu fuisset expositus. Ac hisce prægressis die 15ta Februarii, nescio, qua ex causa, lectum noctu sudanti corpore aliquoties reliquit. Quo facto frigore vehementissimo totum corpus conquassante, quod brevi calor excepit, correptus est; per vices utrisque alternantibus. Inter febriles hosce insultus tumor prodiit articulationem pollicis dextri occupans, cum rubore splendente ac doloris intensissime pungentis sensu, partisque adfectæ ardore. Mox tumor hic æque, ac dolor et manum dextram integram obsedit, ita, ut ejus omnino motum tolleret.

Quibus incommodis preſſus Noſocomium Julii adiens, die prædicti menſis 19na curæ noſtræ commiſſus eſt, quum in clinico chirurgico ex die 16ta, qua receptus fuit, morbo pro topico declarato, venæſectione et infrictionibus linimenti volatilis eſſet tractatus. E vena miſſus ſanguis cruſtam phlogiſticam retulit et præter cetera mixtura, quam vocant, antiphlogiſtica fuit propinata. Jam vero dolores manum et pedem occupantes latius repere et omnes obſidere artus coeperunt, quare ægrum ad nos delegarunt.

Invenimus tumorem manus dextræ memoratum, digitorum impreſſioni vix cedentem; concomitabatur eum vehementiſſimus dolor lancinans, in manu ſemper fixus, tumore ſtipatus, mox pedum articulationes et digitorum phalanges, mox genua alternatim invadente. Quin immo dolor artuum et articulorum ita fuit auctus; ut neque partes dictas movere neque dormire valuerit æger. Facies rubra, cutis arida; quandoque madore viscido tecta; calor totius corporis urens; pulſus frequentes, magni et fortes. Sitis ingens, lingua mucoſa et ſicca, adpetitus nullus; alvus clauſa. Ordinabamus:

℞. Nitri depurat. drach. unam.
Arcan. duplicat. drach. tres.
Solve in
Aq. flor. Sambuc. unc. ſex.
adde
Mell. optim. unc. unam.
Roob Sambuc. unc. dimidiam.
M. D.

S. Capiat omni bihorio cochlearia duo.

℞. Rad. gramin.
— Altheæ.
— Liquirit. aa. unc. unam.
M. D.

S. Species pro potu.

Diæta tenuis. Regimen modice calidum; alvus clysmate aperta.

Vefpere. Dolores vehementiores. Aeger maximopere inquietus; fitis cum magno calore adaucta. Pulfus frequentes, magni, fubduri. Continuet in omnibus.

Die 20ma. Per noctem multi dolorum cruciatus, qui fomnum depulere: fitis ingens, fudor copiofus exacido foetens, viscidus, finiftræ manus idem, ac dextræ, tumor; quæ binæ fuerunt immobiles. Pedum et dolor remifit et tumor. Reliqua eadem. Continuentur fingula.

Vefperi. Eadem, ac heri, rerum conditio; una vice alvus fponte mota.

Die 21ma. Nox infomnis. Faciei rubor evanidus. Tumor manus dextræ una cum doloribus decrevit, finiftræ vero auctus. In pedum articulis ac digitorum phalangibus dolores alternavere cum lancinantibus per genua. Partes a dolore ac tumore liberæ absque negotio motæ: fudor idem univerfalis, fitis ac æftu continua; pulfus frequentes, magni, fortes; alvus bis aperta. Cetera, ut et medicamina, eadem.

Vefpere. Lenis folum exacerbatio.

Die 22da. Per noctem quies aliqua cum fomno. Sudor per totam corporis fuperficiem diffufus odorem fparfit fubacidum. Calor, fitis, inquietudo remittunt, tumores artuumque dolores minuti, pedum præcipue, quos fine magno labore æger movere valuit. Pulfus frequentes, magni,

molles. Alvus una vice mota. Cetera eadem. Ordinabatur:

℞. Aq. flor. ſambuc. unc. ſex.
Spirit. Minderer. unc. unam.
Vin. autimon. Huxh. drach. unam.
Roob Sambuc. unc. dimidiam,
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochlearia duo.

Diæta et reliqua eadem.

Veſperi. Nulla omnino exacerbatio obſervari potuit.

Die 23tia. Nox bona. Tumor cum dolore ſiniſtram manum relinquens articulationemque pedis dextri deſerens eam ſiniſtri occupavit ac genu ſiniſtrum. Pulſus minus frequentes, molles. Reliqua, ut medicamina, eadem.

Die 24ta. Nox bona. Tumor, ac dolor lancinans humerum lateris dextri occupavit, a carpo recedens. Cetera eadem.

Die 25ta usque ad 2dam Martii. Noctes tranquillæ. Dolores una cum tumoribus et intenſitate et volumine imminuti, vagique mox humerum, mox genua, mox hos illosve obſederunt articulos. Ceterum omnia ſymptomata mitiora. Sitis remiſit; calor nullus; ſudor idem. Pulſus omnino fere tardi ac molles; adpetitus redux; ceteræ functiones integræ. Ordinabatur:

℞. Camphor. c. ſ. q. Spirit. vin. trit. gran. duo.
Sacchar. albi Scrp. dimidium.
M.
F. pulv. dentur tal. doſes duodecim.
S. Ter de die doſin unam capiat.
Diæta portio quadrans.

Die 3tia usque ad 11mam. Paſſim eadem. Omnia ſymptomata mitigata; immo evanida: adpetitus conſtans; dolores per artus alternatim lancinantes et tumores remiſere ac ſenſim etiam ſudor ex acido foetens diſparuit, functiones omnes integræ. Continuentur pulveres et Diæta; habeat inſuper menſuram vini dimidiam. Cetera eadem.

Die 11ma. Omnes functiones integræ. Conqueſtus æger ſolummodo de levi dorſi manus ſiniſtræ tumore ac dolore. Continuentur ſingula.

Die 12ma et 13tia. Omnia eadem.

Die 14ta. Feneſtris apertis, flante vento boreali aeger quum jam ſine moleſtia deambularet, ſe refrigerio expoſuit. Quare doloribus per artus et articulos vagis invaſus de novo inſomnia, inquietudinem, æſtum, ſitim, adpetitumque dejectum adcuſavit. Pulſus frequentes ac molles. Ordinabamus:

℞. Sulphur. aurat. antimon. gran. dimidiam.
Camphor. gran tria.
Sacchar. albi. gran. quindecim.
M. f. pulv. dent tal. doſes duodecim.
S. Capiat ter de die doſin unam.

Diæta et regimen eadem.

Die 15ta. Dolores remiſere. Cetera eadem, uti medicamina.

Die 16ta ad 17mam. Eadem. Ad veſperum guttas Laud. liq. Sydenhami quindecim ſumendas ordinavimus.

Die 18va. Omnes functiones integræ. Dolores nulli. Somnus recreans; æger hilaris.

Continuatis hiſce remediis per plures adhucdum dies, tandemque ſepoſitis aegrum non prius

dimiſimus, quam inter juſtam diaetam juſtumque regimen viribus refectis ac corpore firmato. Die igitur 10ma Aprilis exitum ipſi conceſſimus.

Weigand.

Peripneumonia Sthenica.

Michael Reiſch Gemündanus, 19 annos natus, Coriarius ſat valida corporis conſtitutione praeditus ſanitate ſemper incolumi gaudebat; praeterquam, quod ſuperiori anno cephalalgia periodica laborans in Noſocomio fuerit verſatus. Ante dies 10 leni adfectus Catarrho nulla in re a vitæ ſueta ratione receſſit, ſed potius, ut antea, opificio adnexis laboribus, ſatis gravibus, inter perfrigeria frequentiſſima vacavit. Exinde ergo Catarrhus male curatus, in dies coepit increscere. Tuſſi vexabatur frequenti ſicca, cui acceſſit nonnunquam dolor pectoris punctorius.

Nec etiam hic deterruit ægrum ab operis continuatione, eoque non perduxit, ut morbo magis magisque increscenti ullum opponeret remedium: quin immo, uti antea, vitæ rationi indulſit. Die autem 19na ſuetos inter labores ſubita horripilatione, quam poſt unius horæ ſpatium calor inſignis excepit, correptus eſt, cum inſequente pectoris oppreſſione, quam alias moleſtam inſpiratio quævis auxit. Atque hisce ſymptomatibus per noctem inſecutam, omnino fere inſomnem, eſt vexatus. Die tandem 20ma, quum operæ ſe addicturus ſurrexiſſet, impos lectum repetere coactus, horrores cum æſtu continuo alternantes, atque ſupervenientem oppreſſioni dolorem pectoris preſſorium, neque minus pungentem, tuſ-

ficulam continuam ficcam, fitim vehementem, anorexiam viriumque proftrationem percepit haud exiguam. Diem nox fequebatur infomnis, inquieta; æftus ingens, refpiratio valde difficilis, oppreffio, atque pectoris dolor punctorius vehemens. Aeger ergo, quum 21ma nullum fentiret levamen, ad Nofocomium confugiens eadem adhucdum receptus eft; cujus conditio adcuratius a nobis explorata fequens fuit: refpiratio difficilis, anxia, brevis; fenfus oppreffionis ita auctus, ac fi pondus thoracem comprimeret. Omnia hæc infpiratione quavis profundiori, tusfisque ficcæ frequentia ingentem in modum adaucta. Decubitus non alius, nifi corpore erecto in dorfo, capitis dolor, præcipue in regione finus frontalis finiftri; calor per totius corporis ambitum infignis; facies rubra ac tumida; cutis arida, lingua ficca; fitis urens, adpetitus ciborum nullus, ac fumma, quod fupra jam dixi, virium proftratio. Pulfus fortes, frequentes. Ordinavimus:

℞. Pul. gi. arabic. unc. dimidiam.
Nitri depurat. fcrp. duos.
Solve in
Aq. font. deftillat. unc. octo.
adde
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat quovis bihorio cochlearia duo.

Diæta tenuis: pro potu fit Decoctum ordinarium.

Vefperi. Pectoris dolor, cephalalgia et æftus notabiliter remifere; tuffis multo rarior, refpiratio paulo liberior ac pulfus minus frequentes.

Ob alvum per biduum ſtrictam Clysma emolliens ordinatum. Cetera, uti medicamina, eadem.

Die 22da. Nox inquieta æque, ac priores; ſymptomata veſperi præterito leniora, per noctem eadem, qua antehac, vi inſurrexere. Pectoris igitur dolorem vehementem, punctorium, reſpirationem difficilem, oppreſſionem, tuſſiculam frequentem ſiccam, calorem magnum, magnamque cephalalgiam, pulſus frequentes ac ſubduros mane invenimus. Ordinabatur.

Venæſectio ad uncias octo, qua eductus ſanguis poſt meridiem inſpectus cruſtam, ut ajunt, phlogiſticam oſtendit; præscripſimus inſimul:

℞. Nitri depurat. drach. unam.
Arcan. duplicat. drach. tres.
Solve in
Aq. fontan. unc. ſex.
adde
Syrup. Diacodii.
Oxymell. ſimplic. aa. drach. ſex.
M. D.
S. Capiat quavis hora cochl. unum.

℞. Oxymell ſimplic. unc. quinque.
D.
S. Misceatur potui.
Diæta et reliqua eadem.

Veſpere. Symptomatum omnium remiſſio. Dolor enim pectoris, reſpirandi difficultas, æſtus et cephalalgia valde imminuta; pulſus paulo tardiores ac magis molles. Continuentur ſingula.

Die 23tia. Nox tranquilla, ſomnus quietus, cephalalgia nulla; nullus fere amplius pectoris dolor, reſpiratio libera, tuſſis rarior cum ſputis viscidis coctis, quæ adpellant, calor fere, uti in

ſtatu ſano, ſitis modica, lingua humida. Pulſus interim ſubduri, tardiores. Continuentur ſingula.

Veſpere. Aeger optime ſe habuit. Nec motus obſervati febriles, nec amplius incuſavit dolorem. Tuſſis eum ſolummodo vexavit paulo crebrior multisque ſputis conjuncta.

Die 24ta. Totam per noctem ſomnus quietus, tuſſi tantum frequentiori interruptus, quam ſputa copioſa viscida ſequebantur. Ordinavimus:

℞. Sulphur. aurat. antimon. gran. dimidium.
Extract. hyosciam. gran. unum.
Sacchar. albi gran. quindecim.
M.
F. Pulv. pro doſi. dent. tal. doſes Nro novem.
S. Capiat ter de die doſin unam.

℞. Lichen. island. unc. tres.
Rad. Altheæ.
— Liquirit aa. unc. unam.
M. D.
S. Species pro potu.

Die 25ta. Tuſſis ac ſputa decrevere, æger optime ſeſe habere, adfirmavit. Functiones omnes integræ. Eadem ordinatio. —

Die 26ta. Tuſſis fere nulla; cetera eadem.

Continuetur, ſepoſitis reliquis, potus ex lichene islandico: Diæta portio quadrans.

Die 27ma. Mane dolorem vehementem frontalem ſiniſtri lateris eidem pæne ſimilem, de quo ſupra mentionem fecimus, adcuſavit. Obſervavimus ſimul levem oculi ſiniſtri inflammationem aegro moleſtam. Præcepimus igitur epithemata ex aqua Goulardi oculo dolenti adplicanda.

Veſpere. Capitis dolor aliquoties per intervalla de die reverſus, iterum exacerbatus eſt,

ad mediam usque noctem continuus. Cetera, ut medicamina, eadem.

Die 28va. Summo mane dolor idem rediit per duas horas durans. Oculi eadem inflammatio. Hirudines ob id in fronte supra oculum adplicandas et aquæ Goulardi continuationem ordinavimus.

Vespere. Dolor ac inflammatio oculi hirudinum usu plurimum evanuit. Cephalalgia interim, ut heri impetum periodicum tenens, vespere in primis aegrum excruciavit. Omnia eadem.

Die 1ma Martii. Evanida oculi inflammatio; cephalalgia vero adhuc eadem per periodos recurrens. Hinc cephalalgiam periodicam novo morbo resuscitatam judicantes, laudatum in morbis periodum servantibus remedium, quo et superiori anno profligata fuit, corticem peruvianum iterum exhibuimus:

℞. Alcohol. cort. peruv. drach. dimidiam.
Dentur tales doses duodecim.
S. Capiat omni bihorio dosin unam.

Per diem atque vesperi eadem cephalalgia, ac heri, periodica.

Die 2da. Cephalalgia eodem quidem modo mane reversa, sed multo mitior fuit, vix scilicet per dimidiam horam insistens. Pulsus fere in statu sano, omnes functiones integræ. Eadem ordinatio. Diæta portio dimidia cum vino aqua diluto.

Vespere. Per diem cephalalgia nulla, vesperi autem impetum fecit lenem ac brevem, quadrante enim horæ elapso disparuit.

Die 3tia. Nox bona. Meridiem versus dolor capitis parvus rediit, brevissimo interjecto tempore remittens. Ordinatio eadem.

Die 4ta. Quum nullo capitis dolore amplius vexaretur, ad ſuos revertendi cupidum, ac, ut liceret, efflagitantem dimiſimus ex Noſodochio eadem die, hoc ſolum ſuadentes, ut in uſu pulveris memorati continuaret, quo poſt plures dies ſanatus eſt.

Heller.

Angina catarrhalis.

Barbara Jäger Eſslebenſis, ancilla 36 annos nata, habitu corporis ad ſpeciem robuſto prædita, ceterum a prima juventute valetudinaria, menſes ſtato tempore ingreſſos, aliquamdiu regulares, dein vero anomalos experiebatur. Erant præterea frequentes ipſi adfectiones rheumaticæ, jam leniores, jamque graviores, ita, ut medici opem in Noſocomio juliæo tribus abhinc annis cogeretur implorare. Reſtituta hucusque benigna ſatis valetudine uſa: ſed, munere ancillari iterum ſuscepto, potentiis nocentibus, frigoris nimirum, pluviarum, aeris, ventorumque injuriis imparſuſtinendis, aucta de novo opportunitate, die 15ta Januarii cum multum ſudaſſet, refrigerio admiſſo atque hauſta inſuper aqua frigida exin horret caletque viciſſim; artuum corripitur laſſitudine, imprimis vero fauces inſignem in modum dolentes atque exaſperatæ ſiccescunt, ardentque; vox evadit rauca, tonſillæ, nec minus uvula, velum palatinum et partes vicinæ in gravem attolluntur tumorem, collo etiam extus contrectato percipiendum. His deglutiendi difficultas maxima, reſpirandi autem paulo minor, ſputa materiei mucoſæ ſubſalſi ſaporis, adpetitus fere nul-

lus, cum ſiti vehemente, extremitatum et ſpinæ dorſi dolor accedunt. Atque horum quovis veſperi ſymptomatum exacerbatio. Somnus de nocte vix ullus. Lingua muco tenaci albescente obducta: pulſus frequentes, parvi, debiles. Aegræ, his ſymptomatibus anginam catarrhalem innuentibus, preſſæ, 1ma Februarii, morbi 15ta die receptæ propinamus:

℞. Aq. flor. ſambuc. unc. octo.
Spir. Minderer. unc. unam.
Vin. antim. Huxh. drachm. unam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochl. unum.
Pro potu habeat decoct. ſpecier. ordinarium.

Diæta tenuis.

Sub veſperum exacerbatio omnium ſymptomatum.

Die 2da. Nox inquieta — calor ad matutinum tempus usque continuus, ſomnia terrifica, ſuſurrus aurium. Pulſus debiles, parvi, frequentes; eadem cetera, uti medicamina. Sub veſperum exacerbatio, ut præcedenti die.

Die 3tia — 4ta. Noctes inquietæ, dolor faucium auctus, fluxus materiei mucoſæ tenacioris ex ore; cephalalgia: pulſus debiles — fere pleni — continuantur medicamina; addito

die 4ta. veſicatorio ad nucham. Febris exacerbatio veſperi animadvertenda.

Die 5ta — 6ta. Glandulæ jugulares intumescunt magis; cetera ſymptomata perſtant. Eadem medicamina interna — ad uſum vero externum

℞. Liniment volat. unc. unam et dimidiam.
D. S. Frictione adplicetur partibus dolentibus.

Die 7ma. Nox melior: tonſillæ detumescere incipiunt, horripilationes adhuc per diem infeſtæ ceſſant, facilius cibos deglutire valet. Nec ulla reſtant, excepta cephalalgia et nauſea, ſymptomata graviora. Ordinatio eadem.

Die 8va ad 12mam. Eadem prorſus rerum conditio proſpera: placidius ægra per noctem dormit, reſpiratio nequaquam impedita, dolores faucium nulli, tumor tonſillarum evanidus; adpetitus redux: aucta jam demum excretio mucoſæ tenaciſſimæque materiei. Medicamina hucusque propinata continuantur.

Die 13tia — 14ta. Eadem.

Die 15ta. Omnes functiones integræ, ita, ut ægra ſolummodo queratur debilitatem virium. Hinc;

℞. Pulv. cort. peruv. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. font. unc. duodecim,
ad remanent. unc. ſex.
Cola. Colatur adde.
Spiritus Minderer. unc. unam.
Laud. liq. Sydh. gutt. quindecim,
Mellis optim. unc. unam.
M. D.
S. Omni hora cochl. unum.
Diæta quadrans; vinum aqua diluendum.

His continuatis usque ad vigeſimam Febr. medicaminibus ægra Noſocomium ſana reliquit.

Sebaſt. Weyer.

Ophthalmia asthenica.

Catharina Friederich Gerbrunnenſis, ancilla inde a primis vitæ exordiis, præter exantlatos infantiles morbos, ſemper ſana 19num attigit annum, quin ullis calamitatum turbis vexata cuidam ſubjaceret ſuæ detrimento ſanitatis, excepto, quod frequentibus oculorum incommodis adfligeretur. Jam vero admiſſo, quamvis levi, refrigerio, v. g. immiſſione pedum manuumve in frigidam, quod, officio fungens ancillari, non potuit evitare, doloribus per corpus vagis et lancinantibus, cum peculiari oculorum adfectione corripitur. Ceteræ actiones, ſexui muliebri propriae, peraguntur æque, ac in ſtatu ſano corporis.

Cui ut medeatur defectui, Noſocomium Juliaeum adit, eoque die Februarii 3tia recipitur.

Invenimus in ægra dolores partium muscularium modo vehementiores, modo remiſſiores, modo vagos, modo etiam fixos uno eodemque loco, imprimis regionem occupantes ſcapularum, et ad juncturas articulorum, (præcipue dextri brachii) reſidentes, eorumque motum niſi prohibentes, certo tamen aggravantes. Adeſt inſuper Cephalalgia gravis cum facie tumida floride rubenti: oculi ſiniſtri muco viscido albescente clauſi dolor magnus, qui, palpebris dimotis, vehementer inflammatus, radiosque lucis incidentes haud ferens reperitur. Senſus ponderis ſuper orbita, adfectae partis pulſatio, atque ardor inſignis; pulſus frequentes, parvi; reliquæ functiones integræ. Ordinatur:

℞. Spiritus Minderer. unc. dimidiam.
Vin. antimoniat. Huxh. drach. duas.
M. D.
S. Capiat omni trihorio guttas viginti quinque.

℞. Flor. Chamomill.
— Sambuc. aa. unc. unam.
Camphor. Scrp. unum.
M. D.

S. Fomentatio ſicca oculo adplicanda.

Utatur diæta plena; regimine calido: pro potu decoct. Specierum ordinar.

Ad veſperum ejusdem diei percipitur febris atque omnium ſymptomatum exaſperatio.

Nox ſatis quieta inde a 3tia Februarii ad 4tam: hac vero accuſat ægra preſſionem ventriculi et nauſeam, præcipue ingeſto cibo. Pulſus frequentes, non ita parvi. Medicamina et diæta heſterna.

Ad veſperum eadem, ut heri, conditio.

Die 5ta. Nocte elapſa ſomnus nullus: cephalalgia, quam antea, gravior, dolores artuum vehementiores. Cetera eadem, uti etiam medicamina.

Die 6ta. Morbi ſtatus idem. Medicamenta eadem.

Die 7ma. Nox inquieta: ſomnus paucus dolores ſcapularis regionis acerbi. Ceterorum eadem conditio. Præscribitur:

℞. Spirit. Minderer. unc. dimid.
Vin. antimoniat, Huxh. drach. duas.
Tr. thebaic. drach. unam.
M. D.

S. Capiat omni trihorio guttas, a viginti quinque, ad triginta.

In epithemate ex flor. Chamomill. etc. continuatur.

Die 8va. Eadem. Veſicatorium ad nucham adplicatur; oculus ut reſeretur, decocto ſpecierum ordinario abſtergitur.

Die 9na. Somnus de nocte aliquis, ſed recrudeſcente vehementius cephalalgia interruptus. Veſicatorio multum ſeri evacuatur. Dolores aliquanto remiſſiores, oculus vero adhucdum clauſus, inflammatus ac dolens. Pulſus frequentes, parvi. Continuatur in omnibus.

Die 10ma. Eadem. Cum vero palpebræ dimoveri potuerint, præcipitur:

℞. Tr. thebaic. q. v.
D.
S. inſtillentur guttulæ duæ bis de die oculo dolenti.

Die 11ma. Eadem. Cum juſto plus comediſſet, ventriculi preſſionem gravem et vomiturationes patitur ægra, nec tamen reapſe vomit. Omnia, ut heri.

Die 12ma. Rubor oculi aliquantisper imminutus, uti et dolores rheumatici minores, præterquam, quod in brachio dextro perſtent. Pulſus paulo acceleratiores, ceterum uti in ſtatu ſano: ſic quoque reliqua eadem, et Medicamina.

Die 13tia. Omnia eadem.

Die 14ta. Nox inſomnis ob cephalalgiæ gravitatem: oculus paulo ruber magis, quod ægra aerem admiſit frigidiusculum. Dolores vehementiores. Pulſus frequentes, parvi. Præſcribitur:

℞. Rad. Valerian. drach. tres.
infunde
Aq. fervent. unc. ſeptem.

Cola. Colatur. adde
Liq. an. min. Hofm. ſcrp. duos.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Omni bihorio cochl. unum.
In ceteris continuatur.

Die 15ta. Nox tranquillior: cephalalgia remiſſior. Oculus lacrymas largas fundit, aerem ferre nequit, dolores tamen totius fere corporis ſilent. Nulla ad veſperum febris, et pulſus, uti in ſtatu ſano. Heſterna medicamina.

Die 16ta. Eadem omnia, atque hæc etiam ſequentis diei fuit conditio.

Die 18va. Dolores fere omnes evanidi: cephalalgia minor; lacrymæ largae, ſub acceſſu potiſſimum aeris, cetera eadem. Ordinatur:

℞. Extract. ſaturni. drach. unam.
Solve in
Aq. fontan. unc. ſex.
adde
Spirit. Vini. unc. dimidiam.
Tr. thebaic. drach. unam.
M. D.

S. Linteolum humectetur et applicetur oculo.

Medicamina interna, uti et Tinctur. thebaic. oculo inſtillanda continuantur.

Die 19na ad 20mam. Omnia eadem. Additur medicamini ex infuſo Valerianae ſupra ordinato extract. amari drachma una.

Die 21ma. Cephalalgia aucta noctem inquietam et inſomnem reddidit. Oculi rubor ſub uſu

tinctur. thebaic. et modo ordinati epithematis humidi magis magisque decrescit. Cetera eadem.

Die 22da ad 24tam. Oculus ferre aerem ita poteſt, ut non lacrymetur amplius, ſed veluti nubecula tantum obverſetur. Continuatur in omnibus.

Die 25ta. Dolores remiſere quam plurimum, reſtant ſolummodo in brachio et femore dextro: ceterum cephalalgia latus ſiniſtrum occupat atque ab orbita retro ad os occipitis extenditur. Heſterna medicamina.

Die 26ta. Rubor oculi nullus; nec tamen radios lucis et aerem ferre leviter poteſt. Aegra dolores brachii dextri accuſare non deſinente, adplicatur denuo Veſicatorium.

Die 27ma ad 18vam. Preſſio illa ventriculi copioſius ingeſtis cibis omnino diſparuit. Aegra optime adpetit, ingeſtosque digerit ſine nauſea cibos. Dolores modici, uti et cephalalgia. Oculus lucis radios multo fert facilius.

Heſterna medicamina.

Die 1ma Martii. Omnes actiones, uti in ſtato ſano, peraguntur: dolores, præterquam in brachio et femore dextro nulli, aliqua interdum preſſio ventriculi, ſed mox diſparens: ordinatur:

℞. Rad. Valerian. drach. tres. infunde
Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. in Colatur. diſſolve
Extract. cort. peruv.
— amar. aa. drach. unam.
adde

Liq. an. min. Hofm. ſcrp. duos.
Mell. optim. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni hora cochl. unum.

His uſa remediis prorſus ac omnino ſub Diæta lautiori convaluit ac rite habentibus ſeſe omnibus die 11ma Martii, qua menſtrua, die 8va prodeuntia, ceſſaverant, e noſocomio eſt dimiſſa.

Thomas A. Ruland.

MARTIUS.

Varia per integrum menſem tempeſtas. Dies 1ma mane glaciem, cetero tempore nebulas habuit. A 2da ad 5tam, ſimul ventoſam, ſerenum, amoenumque coelum. 6tæ per noctem decidere nives meridiem verſus reſolutæ. Dies 7ma nebuloſa, pluvioſa, ad Veſperum nives. Die 8va omnia glacie rigebant; ceterum veſpere pluvia. Dies 9na cum 10ma nebuloſa mane, dein calida, amoena. Ab 11ma ad 17mam mane glacies, per ceteras partes ſerena, amoena, calida, aſt ventoſa tempeſtas. Dies 18va calida, coelo nubibus tecto pluviam innuente, cum 19na ad 22dam usque quovis mane glaciem, poſtea ingratum ventoſumque aerem inducebant. Ex 23tia ad 26tam amoenum paſſim, calidum, atque ſerenum tempus; excepto, quod 25ta venti pluviis poſt meridiem mixti ſuborirentur. Exin ad finem usque menſis venti, frigus, pluviæ, præter 27mam paulo calidiorem.

Hoc menſe idem, ac præcedente, morborum maxime graſſantium character fuit, qui in genere et eandem curandi methodum expoſtulavere, uti ex hiſtoriis, quas enarrabo de arthritide ac peripneumonia ſthenica, elucebit. Verum, licet febres, ac morbi plurimum graſſantes ſthenicæ indolis fuiſſent, inter ægrotantes tamen unum obſervavi frebre nervoſa detentum; quæ regnante conſtitutione inflammatoria, atque catarrhoſa eam

adquiſivit indolem, ut multis, immo gravibus pectoris adfectionibus ſtiparetur, quod ex ipſa hiſtoria videre eſt. Tum etiam præter ſymptomata hæcce catarrhoſa, inflammatoria, neque minus rheumatica, organa reſpirationi dicata ac artus præcipue obſidentia in urbe, hujusque vicinia obſervatæ ſunt Diarrhoeæ; leniter excitantibus remediis, opio parva doſi exhibito, potibus tepidis adſumtis, ac clysmatibus emollientibus brevi profligatæ. Quare Clinicum noſtrum tali morbo vexatus nemo adivit.

Inter chronicos morbos notatu dignus videtur Hydrops cerebri, infra deſcribendus. Aeger hoc malo gravatus jam a die 19na Septembr. 1798 in Noſocomio noſtro verſabatur, usque dum hoc menſe tandem morte conſumeretur. Morbus in Tabulis ſub Hemiplegiæ titulo ea ex cauſa recenſitus occurrit, quia æger et hac erat adfectus, et Hydropis cerebri ſymptomata, etſi de eo fuerimus ſatis convicti, fallere tamen potuerunt. Certiores autem de natura morbi cadaveris ſectione facti, omnia jam, quæ per morbi decurſum et in ſectione obſervavimus, et verum morbi characterem, ejusque denominationem, cujus præcipuum ſymptoma Hemiplegia conſtituit, poſſumus ſurrogare. Daipnan *) ait, de fallacia ſignorum in hydrocephalo tractans: „il reſulte de ces faits, qu'il „n'eſt pas prudent, de pronocer decidement ſur „l'exiſtence de l'hydropſie du cerveau dans les „Enfans, avant que les ſymptomes ordinaires, qu'il „annocent, ſoient confirmés par l'acroiſſement,

---

*) Memoires de l'academie royale des ſciences anni 1718.

„contre nature, du Volume de la tete, qui eſt le „veritable ſymptomé characteriſtique ou pathogno- „monique de cette maladie.“ Morbus hic non tam raro, ut alii forſan crediderint, evenit, interim fere ſemper lethalis. Fallit ratiocinium circa hujus morbi naturam, falluntque medicamina, licet et legantur optimi eorum, variis in caſibus, effectus. Aitkin *) adfirmat, malum eſſe inſanabile, ſeque vidiſſe nullum morbo hoc adfectum omnino ſanatum. Aſt morbus quicunque ſit, omnia eludens medicamina, ab ulteriori tamen disquiſitione et experimentis ne abſtineat medicus, naturae ſcrutator. Multa detexit ſeverum ſtudium, plura etiam fortaſſe ſors ſecunda. Nolite igitur deterreri, quod in tanta medicaminum farragine, (ſigno ſatis evidenti magnæ obscuritatis) ars ea ad malum omnino depellendum nondum indagaverit.

Morbum hic describere, ſuperfluum erit, quum ex eleganti descriptione Fothergillii, Dobson, Paisley **), Hooper, Monro ***), Camper, Watson, aliorumque plurimorum ſatis ſit cognitus. Ejus phoenomena, ut plurimum, adnotante Fothergill ****), iis ex verminoſis adfectibus valde correſpondent, interim differunt cauſæ, quæ præ hisce diagnoſin formare præcipue

---

*) Principles of Midwifery.

**) Essay on the Dropsy, London 1765.

***) Medical essays and Observations, Edinburg 1735 Vol. III.

****) Medical Observations and inquiries. Vol. IV. sämmtliche Schriften.

juvant. Serum vel aqua in cerebro, aut ſub cranio accumulata diverſæ eſt quantitatis, et pro ratione copiæ variant iterum gravitas ac levitas ſymptomatum. Reperitur ab unciis ſex ad uncias viginti quatuor et plures libras. Mſtr. Costie *) diſſecuit caput infantis ex hydrocephalo defuncti, et, evacuatis pluribus aquarum ſanguine tinctarum unciis, invenit pelvis baſin, in qua ſitum erat ſerum, pollices ſedecim ſuperantem; mediam latitudinem pollicum octodecim, et altitudinem pelvis pollicum octo: cerebri ſubſtantia in hoc caſu aquarum vi compreſſa erat, et cranii parietibus tenaciter adfixa.

Cauſæ, ut Symptomata, in hoc morbo obvia, valde differunt, variæque leguntur, quibus producitur hydrocephalus. In univerſum malum hoc vel eſt innatum, vel adquiſitum. Cauſæ hydrocephali adquiſiti nascuntur aut a morbo univerſali, et potentiis totum animalem organismum aggredientibus, ubi morbus a debilitate directa efficitur; aut a vitio topico cerebrum immediate ferienti.

Ad priores numerantur: morbi ſcrophuloſi, rachitici, exanthemata varia, quæ dicuntur retrograda, debilitas corporis univerſalis, præcipue inteſtinorum ad digeſtionem ac chylificationem pertinentium: unde et a vermibus hydrocephalum fieri poſſe, contendunt: febres, varii generis debilitatem inducentes, et ſimilia.

Vitia vero topica quod attinet, cunarum, aliave infantis agitatione, ſitu corporis nimis profundo, partu difficili, violentia externa capiti admota provenire poſſunt. Huc referri quo-

---

*) Medical Observations and inquiries. Vol. V.

que meretur inverſio infantis in caput, qua mulierculæ quandoque inepti joci gratia proles recreare ſtudent, et celerrima poſtmodum talis ſitus in erectum mutatio. LETTSOM *) ejusmodi triſte exemplum enarrat.

A debilitate indirecta ortum hydrocephalum, uti in noſtro caſu, ex abuſu vini, nondum legi: niſi excipias Cl. WITHERING **) ſententiam, qua adfirmare conatur, ex cerebri inflammatione nasci quandoque hydrocephalum.

De reliquis cauſis, quæ vocantur innatæ, v. g. ſi infans a parentibus ſyphiliticis progeneratus ſit, aut vitium cerebri topicum a primo ortu ferat, cujus aquarum accumulatio effectus eſt, non loquor, ſed tantummodo de adquiſitis injeci ſermonem. Quo rarius hydrocephali adquiſiti ſanabantur, eo minor ſpes, fore, ut innati omnino eliminentur, reſtat.

Morbus hic præcipue infantes invadit, raroque accidit, ait WATSON ***), ut aetate jam provectiores eo adficiantur; interim tamen hominis, 30 annos nati, fere ſemper ſani, mox ſtupore ac lethargo correpti, convulſionesque inter extincti caſum refert, cujus ſecto cadavere invenit cerebri cavitatem atque ventriculos aqua repletos.

---

*) Memoires of the medical Society of London in the year 1772. Vol. I. London 1787.

**) An account of the Foxglave and some of its medical uses with practical remarks on dropsy. and other diseases, Birmingham 1785. Vid. Blumenbachs Bibliotheck II. B, pag. 467.

***) Medical Observations and inquiries Vol. IV. 1769. Observations on the hydrocephalus internus.

Huygarth *) hydrocephali historiam narrat, homini viginti annos nato accidentis; Camper aliam hominis, cui, quum duodecimum ætatis annum ageret, spina bifida incidebatur; nihilo tamen secius usque ad 28mum annum vitam protraxit. Casus a Lettsom **) recensitus, Viri 28 annorum ex rheumatismo acuto laborantis, brevi vero in hydrocephalum desinente, medicorum attentionem jure provocaverit.

Immensus est medicaminum numerus, in malo tam pertinaci laudatorum; sed morbus, id, quod Aitkin et Camper jure adstruunt, semper erit insanabilis. In vulgus quidem satis notum est, exhibuisse medicos anthelmintica, evacuantia, diuretica, sudorifera, purgantia, errhina, scillam, mercurium, digitalem purpuream, belladonnam, opium; excitantia et roborantia, aliaque: ast, ut plurimum erant irrita. Præter hæc usui externo serviebant compressiones, cucuphæ, fomentationes et cataplasmata ex variis herbis parata, inunctiones oleosæ, setacea, vesicantia, scarificationes, cuncta vero æque inutilia. Nostro exhibuimus ægro mercurium dulcem ab initio statim usque ad salivationem, qua dosi porrectum et alii, Hunter ***), Dobson, Duncan, Huygarth, Quin ****) collaudant. Quamquam

*) Medical Observations and inquiries Volum. VI. London 1789.

**) L. c.

***) Medical Observations and inquiries. Vol. VI. London 1784.

****) Abhandlung über die Gehirnwassersucht, aus dem Englischen übersetzt von Michaelis. Leipzig 1792.

WASSEN *), WILLMER †), MONRO ††), et WITHERING, hoc ipſum medicamen non ſemper juviſſe, viderunt. Eo ſumto primum, uti hiſtoria refert, obſervavimus quidem ſymptomatum remiſſionem, malum imminutum, epilepticos inſultus et reliqua non adeo frequentia; aſt morbus nequaquam omnino ſublatus eſt; immo poſt breve temporis ſpatium gravior reverſus. Junximus itaque mercurium ſcilliticis, præcipue quum nobis notum eſſet, MONRO **) et KLEBER ***) vinum ſcilliticum optimo cum eventu exhibuiſſe in externo hydrocephalo extrinſecus adplicatum, et ſcillam in omni hydropis ſpecie ut egregium laudari remedium. Quin frictiones mercuriales, at incaſſum, in uſum vocatæ: anthelmintica, ſummis laudibus ab aliis celebrata, emetica, purgantia et excitantia, ut Moſchus, ac roborantia nihil plane præſtiterunt. His igitur omiſſis, veſicatoria ab ODIER ****), PERCIVAL *****), SIMMONS †††), prædicata, capiti impoſita, quæ quidem

---

*) Sammlung auserlesener Abhandl. zum Geb. practisch. Aerzte XIII B.

†) L. c. V. B.

††) Alex Monro Three treatises on the Brairs, the ege and the ear. Edinburg 1797 4to pag. 33. (Sieh Sammlungen auserl. Abhandl. XVII. B. pag. 394).

**) Samml. auserl. Abhandl. z. Geb. pract. Aerzte VII B.

***) Samml. a. Abh. XVII. B. pag. 394.

****) Memoires de l' academie rojale de Medicine 1779.

*****) In medical facts and Observations Volum I.

†††) Med. Comment. of Edinburg. Vol. V.

ſat magna non huic parti, ſed a nucha usque ad infimam dorſi regionem, adpoſuimus, ita tamen, ut ſanato loco ſuperiori, cui adplicatum fuerat veſicatorium, aliud infra eum admoveretur.

Ceterum omnia hæc tentata malo depellendo imparia fuere. Ex obſervatis itaque celeberrimorum auctorum, uti etiam ex noſtra obſervatione aliisque in hoc morbo a me factis fatendum eſt, in plurimis caſibus malum hoc eſſe inſanabile. Ipſe enim organismus animalis orto hoc morbo maximopere videtur jam deſtructus, aut, ſi morbus tantummodo localis ſit, ipſa cerebri partium internarum organiſatio vere mutata, degeneravit. Subſtantia corticalis cerebri et medullaris tota ſæpe conſumta eſt, ac in aquam converſa, aut in mucum ſanguine tinctum ſoluta, aut incumbentium aquarum pondere intima cerebri ſtructura inſanabiliter labefactata, aut adeſt vitium topicum hydrocephali cauſa, quod, etſi evacuatis aquis, non tolli poteſt, ideoque morbum ſemper reproducit. Quid ergo ab omnibus medicaminibus, aquam evacuantibus, ſperabis? Etenim licet aquæ ex cranio eliminatæ fuerint, neque tamen morbus organismi ceſſabit, et illæ certe revertentur. Cetera medicamina, ſive excitantia, ſive debilitantia in corpus agentia neque organismum ita deſtructum quaſi immutare, neque novum creare valent.

Sunt etiam, qui in eo caſu, ubi cranii oſſa inter ſe non junguntur, atque aquarum fluctuatio inter ſuturas percipitur, inciſione vel punctura aquam in cranio collectam evacuare conentur, cujus facti Remmett *) exemplum refert;

*) Medical Commentaries Vol. VI. (vid. Richt. chirurg. Bibl. V. B. pag. 684).

aſt hæc operatio ex iisdem adlatis argumentis, non tantum ſuperflua, ſed et maxime periculoſa. Quam hanc ipſam ob cauſam ALEX. MONRO *) et MORGAGNI **) diſuaſere et FABRICIUS HILDANUS ***) lethalem vidit. Semper enim infans talis in epilepſiam incidit, et paulo poſt inter convulſiones e vita exceſſit. Ergo operationis loco ut præferantur ſetacea, nuchæ adplicanda, auctor ſim; quæ et DEASES ****) in hoc morbo deprædicat. Hoc remedium etſi morbum non penitus tollit, ſaltem cum mercurio ac ſcilla interim adſumendis exhibitum, obſervatis ſimul juſta Diæta, victu facile digerendo, ac regimine moderate calido, præcipue ſi aerem purum ruri degens æger inſpiret, corporis munditie proſpecta, prolongabit vitam.

Arthritis sthenica.

Franciscus Worum, 23 annos natus, Tiefenbacenſis infantia parentum cura feliciter ſuperata, nullos, præter huic ipſi aetati proprios, morbos paſſus ſemper evaſit incolumis, dum tandem operæ ſcriniarii addictus procul a domo paterna vitam degere cogeretur. Neque vero tum conſtitutio corporis robuſta confeſtim ſuccubuit, variis licet potentiis nocentibus, v. g. frigore al-

*) L. c. præter alia adlata argumenta.

**) De Sed. et Cauſis Morbor. epiſt. XII. art. 13.

***) Centur. III observ. 7.

****) Bemerkungen über die Entbindungskunst, übersetzt von Michaelis. Leipzig, 1788.

ternanti cubilium calori juncto, gravibus itinerum molestiis, inter has etiam alimentorum defectu, oppugnata. Demum febris intermittens, quam qua ratione sibi contraxerit, æger prorsus ignorat, longo accedit intervallo. Mox tamen, congrue, uti ex ejusdem enarratione concludere licuit, tractatus, convalescit, ac operam suam Philippoburgi collocat; verum quod eum, diutius hac in urbe morari, tædebat, circa anni 1799 initium profectus, summa sub hiemis vehementia, omnique tempestatis obnoxius injuriæ Carlsruham petit. In via frigoris immanitate multum lacessitus quærit hospitia, in quibus calefiat; brevi dein repititis friget vicibus, ita, ut alterius digitos pedis gelu perdat. Quos nivi liquescenti immissos refecisse sese adfirmat.

Jam et nostram urbem aditurus in itinere præter solita viarum incommoda pluviis haud raro totus quantus madet, brevique post vagos artuum et partium musculosarum, præcipue motui servientium dolores expertus, horum nulla ratione habita Spiritum vini strenue haurit, usque dum ad nos perveniens resistere diutius nequeat morbi vehementiæ. Ergo implorato medici auxilio in Nosocomium Juliæum receptus die 17ma Martii symptomata exhibet: dolores lancinantes, ardentes musculorum; in primis in regione scapularum. Articuli cubitorum, pugnorum genuumque alternis vicibus, continenter vero malleolorum et digitorum utriusque pedis articulationes dolent, ac multum tumentes neque motum neque adtactum ferre possunt. Veniente quovis Vesperi migrare velut in alias partes videntur dolores, calor oboritur vehementior, cephalalgia gravis, facies valde tumida lætissime rubet, lingua muco

albescente obducta, ceterum ſicca eſt; ſapor oris vappidus, adpetitus ciborum nullus, ſitis ingens, cutis arida, tenſa; pulſus durus, plenus, celer.

His rebus ita conſtitutis in morbo acuti generis venæſectionem imprimis indicatam, ad uncias ſex, pro gradu ſcilicet ſtheniæ, peregimus, dein ſequens:

℞. Nitri pur. ſcrup. duos.
Solve in
Decoct. hordei unc. octo.
adde
Oxymel. ſimplic. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochl. unum.

præſcripſimus, cum diæta tenui; et pro potu porreximus decoctum ſpecier. ordinar.

Regimen non ita calidum.

Sub Veſperum ſymptomata eadem fere vi perſtant, pulſus tamen paulo tardior facile comprimitur.

Nox inquietiſſima, inſomnis ejulatu tranſacta. Capitis pars ſiniſtra ab arcu jugali incipiendo ac retrorſum aſcendendo verſus os bregmatis ad angulum ejusdem poſteriorem ſuperiorem graviter dolet, ac ſi dehiſcant oſſa parietalia occipitisque. Hoc rerum ſtatu nox tranſacta; mane dolor omnis diſparuerat.

Die 18va. Dolores totius corporis mitiores, articuli malleolorum valdopere tument rubentque; mador corporis univerſi. Pulſus mollis, frequens. Nulla febris indicia. Ordinatur:

℞. Kerm. mineral. gran. dimidium.
Sach. alb. Scrup. dimid.
M.

F. Pulv. dent. tal. doſes Nro novem.
S. Capiat omni trihorio doſin unam.
Diæta et regimen eadem.

Ad veſperum nullo exacerbatio. Nox inſomnis. Dolor capitis gravativus; alvus clauſa, injecto clysmate de nocte una vice mota, cetera eadem.

Die 19na. Status idem.

Die 20ma. Malleolorum dolores vix non omnino ceſſant; aſt occupantur genua; æger accuſat preſſionem ventriculi a pomo manducato ortam, orisque amaritudinem.

Cetera eadem, uti medicamina.

Die 21ma. Nox inſomnis. Genua multum dolorifica ac tumida neque motum neque adtactum ferunt. Malleoli fere omnino detument. Aeger inquietus moroſus queritur de adpetitu proſtrato, preſſione ventriculi, vomituritione, de ſiti ac inquietudine. Pulſus parvus, frequens. Continuantur pulveres, Diæta et Regimen.

Die 22da ad 23tiam. Omnia ſe eodem modo habent.

Die 24ta. Nox tranquillior. Preſſio ventriculi continua et vomituritio; cutis univerſæ mador odore acido fætidus. Malleolorum et genuum articulationes, uti in ſtatu ſano, et motum et adtactum optime perferunt. Pulſus frequens, debilis. parvus. Sumat æger doſin præscripti pulveris dimidiam. Cetera eadem.

Die 25ta. Eadem.

Die 26ta. Omnis omnino dolor ac tumor evanuit. Omnium articulationum et musculorum motus facilitas. Adpetitus bonus; ſomnus, non ille quidem per totam noctem, verum tamen per

maximam ejus partem. Pulſus uti in ſtatu ſano. Reliquæ functiones integræ. Neque æger quidquam accuſat, niſi debilitatem et laſſitudinem. Præscribitur:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. dimidiam.
Coque cum Aq. fontan. unc. duodecim
ad remanent. unc. ſex.
Cola, in Colatur. Solve
Extract. amari drachm. unam et dimidiam,
adde
Liq. anod. mineral. Hoffm. ſcrup. duos.
Mell. optim. unc. unam,
M. D.
S. Sumat. omni hora cochl. unum.

Additur inſuper portio integra et menſura vini dimidia.

His igitur medicaminibus continuatis ſenſim ſenſimque vires redierunt, et, licet interdum dolores vagi articulorum et cephalalgia mox iterum evanida extiterint, his tamen non impedientibus, quo minus prorſus perſanaretur, æger ſine ullo morbi veſtigio brevi corporis incolumitatem nactus die 10ma Aprilis reliquit Noſocomium.

Thomas A. Ruland.

Rheumatismus sthenicus.

Joſephus Hegenwald Etlebenſis, 20 annos natus, Chirurgiæ Candidatus. Qui cum, præter infantiles morbos, rheumáticis adfectionibus, cauſa quacunque occaſionali redeuntibus, adfligeretur, corpus alias firmum, robuſtum in ſimiles morbos non potuit non adquirere opportunitatem. Jam ve-

ro in domo magiſtri ad moenum ſita habitans, aquis e ripa egreſſis menſe Februario c. a. cum eodem res utenſiles removere conatus humiditati atque refrigeriis ſeſe expoſuit; magiſtroque dein morbo rheumatico decumbenti officia diu noctuque præſtitit. Huc acceſſit, ut in cubiculo humido ac frigido lapidibus ſtrato dormiens frequenter lectum ſudanti corpore relinqueret, immo levi cinctus veſtitu plurimam noctis partem ægri in ſolatium tranſigeret.

Hæc incommoda ægre ferens, vigiliis perfrigeriisque laceſſitus quum ingredientem ſentiret valetudinem adverſam, vini uſu et fornacis calore profligare ſtuduit. Aſt, quæ 11ma Martii percepit valetudinis adverſæ indicia, 13tia jam aucta erupere, ita, ut ipſe morbum, quem poſtea patiebatur, metueret. Correptus enim vehementi frigore, brevi inſecuto calore intenſo cum doloribus lancinantibus, per artus fere repentibus, primum regionem inguinalem, mox vero pedes ſimul occupantibus, qui neque motum neque adtactum perferre poterant; mixtura antiphlogiſtica uſus morbum pertinaciter reſiſtentem ſubigere haud valens, die 16ta Martii Noſocomium juliæum adiens, hæc nobis exhibuit.

Dolores jam memorati ſub adtactu aucti pedum ſiniſtræque manus articulationes obſedere; tumore tactui renitente partibus elevatis. A pede utroque ad genua usque tumor cum rubore ſplendens, dolorificus; idem a metacarpo manus ſiniſtræ ad humerum. Cutis arida, tenſa, calor ſummus, ſitis haud explenda; pulſus fortis, frequens, reſpiratio brevis, difficilis, lingua ſicca, adpetitus proſtratus, alvus tarda; noctes ob æſtum et

dolorum vehementiam insomnes, ejulatu transactæ: inquietudo maxima. Ordinatur:

℞. Sal. ammoniac depur. drach. unam.
Solve in
Aq. flor. sambuc. unc. sex.
Roob ejusdem unc. dimidiam.
Mellis optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochl. duo.

Diæta plena; pro potu decoctum Specier. ordinarium.

Sub Vesperum exacerbatio insignis cum dolorum augmento.

Die 17ma. Somnus plane nullus; æger per brevia intervalla sopore detentus, lenia exhibuit deliria. Tumor ad articulos, præcipue manus sinistræ et volumine et rubore auctus. Cetera eadem; alvus sponte secessit. Hesterna medicamina. Ad Vesperum exacerbatio; pulsus fortes, frequentes ac fere subduri. Continuentur medicamina.

Die 18va. Eadem de nocte, ac heri, conditio. Tumor manum quoque dextram corripuit, eandem, ac in sinistra, regionem occupans, cum iisdem doloribus ac motus impotentia. Pedum ac reliquorum symptomatum eadem facies: hesterna medicamina.

Vespere. Pulsus subduri, frequentiores; respiratio brevis ex profundo instituta; doloris lancinantis et oppressionis in anteriore thoracis parte sensus molestissimus. Continuentur medicamina.

Die 19na. Nox insomnis. Vehementia dolorum artus obsidentium, respirationis difficul-

tas; oppreſſio, æſtus ac ſitis continua; faucium phlogoſis ad aures extenſa; aurium tinnitus, ſuſurrus, dolores; tumor manus ſiniſtræ imminutus, dextræ auctus, a digitorum extremitatibus ad cubitum usque, in pedibus ad genua porrectus. Pulſus frequentes, magni, duri. Reliqua non mutata. Sanguinis unciæ octo mittendæ præcipiuntur, ac ordinatur:

℞. Nitri. depurat. ſcrup. duos.
Arcan. dupl. drach. duas.
Decoct. hord. unc. octo.
Roob. ſambuc. unc. dimidiam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochlearia duo. Diæta et Potus eadem.

Veſpere. Sanguis mane emiſſus cruſtam phlogiſticam referebat; pulſus frequentes, magni, molles, cutis mador; pectoris oppreſſio imminuta: respiratio liberior. Cetera, uti medicamina, eadem.

Die 20ma. Nox quieta; ſudor univerſi corporis; tumor manus ſiniſtræ evanidus, mobilitas major, in dextra vero ad humerum ascendit, cum eadem dolorum vi, in pedibus remittente. Pectoris oppreſſio omnino nulla; reſpiratio liberior, alvus aperta; faucium phlogoſis nulla, nullusque aurium ſuſurrus. Cetera eadem. Continuentur ſingula.

Veſpere. Pulſus frequentes, iterumque magis duri. Cetera eadem, uti medicamina.

Die 21ma. Nox inſomniis turbata. Sudor verſus matutinum tempus: dolores remiſere. Cetera, et medicamina eadem.

Veſpere. Omnia, ut heri.

Die 22da. Nox bona. Sudor per totam corporis ſuperficiem proveniens odorem urinoſum ſpargebat: dolores multo mitiores. Tumor ad ſiniſtram manum rediit majori cum dolore: in dextra valde imminutus. Alvus bis mota: pulſus frequentes adhuc, ſed molliores: adpetitus ciborum redux. Continuentur medicamina.

Veſpere vix ulla exacerbatio.

Die 23tia. Nox quieta. Sudor univerſalis cum levamine ægri; dolores humeri atque manuum mitiores, quas partes æger facilius movet. Pertinax tantum tumor articulationis manus ſiniſtræ. Pulſus fere, uti in ſtatu ſano. Cetera eadem, et medicamina.

Veſpere. Nulla amplius exacerbatio.

Die 24ta. Nox placidiſſima. Dolores ſolummodo leves extremitatum. Sudor copioſus ac fere continuus, relevans. Pulſus magni, molles. Ceteræ functiones integræ: Præscribitur:

℞. Aq. rubi idæi unc. ſeptem.
Spirit. Minderer. unc. unam.
Vin. antimon. Huxh. drach. unam.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochl. duo.

Diæta eadem.

Die 25ta. Nox tranquilla. Tumor dextræ manus reverſus; ſudor per integram noctem relevans; Pulſuum ratio, uti in ſtatu ſano. Cetera, et medicamina eadem.

Die 26ta. Somnus de nocte recreans; facies hilarior; animus lætus; manus ſiniſtra levi dolore perſtringebatur cum tumore revertente.

Pedes omnino hisce adfectibus liberi. Pulſus in ſtatu ſano. Ceteræ functiones integræ. Heſterna medicamina et Diæta.

Die 27ma. usque ad 28vam ſtatus plane idem. Hinc

℞. Sulph. aurat antimon. grân. dimidium.
Sacchar. alb. gran. decem.
M.
F. Pulv. dentur tales doſes novem.
S. Capiat omni trihorio doſin unam. Diæta eadem.

Hisce remediis per triduum utebatur æger; quum jam dolores remiſiſſent et functiones omnes, uti in ſano, abſolverentur, die 1ma Aprilis ordinavimus:

℞. Aq. Meliſſæ unc. ſex.
Solve in his
Extract. amar. drach. unam
adde
Napht. Vitriol ſcrp. duos.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochl. duo.

Hoc medicamine ad 6tam usque continuato, junctaque portione quadrante ægrum omnino ſanatum eadem die ex Noſodochio dimiſimus.

Weigand.

Peripneumonia Sthenica.

Simon Sannert Bambergenſis, 26 annos natus, robuſta corporis conſtitutione, molitoris in urbe noſtra fungens munere, hucusque nulli unquam morbo, qui diutius eum detinuerit, obnoxius, tranquillam continuo degit vitam. Parente genitus molitore ab incunabulis medias inter pulveris farinæ nubes, domeſticis et agreſtibus perpetuo agitatus laboribus, infantiles morbos leviter ſuſtinuit. Tum vero, quum in alias migraſſet terras, magna laborum, quos mercede conductus ſubivit, mole gravatus tuſſiculam, hinc inde ſiccam, mox ceſſantem, mox recrudescentem expertus; nec minus, Atmosphæræ injuriis urgentibus, cum aliquando impoſita ab hero penſa denudatis pedibus in aquis abſolviſſet, tumore correptus, uti referebat, eryſipelaceo, femur utrumque occupante ſine ullo medicaminum pharmaceuticorum uſu, congruo ſolum regimine adhibito, fuit reſtitutus. Ex quo Moenus littora transgreſſus vicinam urbis partem inundavit, ad avertenda, quæ inde proveniunt, pericula, quum ab hero juſſus diu noctuque nimios peregiſſet labores, nulla fruitus quiete, Martii 8va die male ſeſe habere coepit.

Nimirum interceptam ſubito perterritus ſenſit reſpirationem, tuſſim ſat vehementem, ſiccam; dolorem pectoris preſſorium; jam cutem perſtrinxit horripilatio; ſitis atque virium ſumma dejectio. Die inſequenti ſymptomata non ſolum eodem perſtiterunt vigore, ſed et acceſſerunt anorexia, vomituritio, animi moroſitas, cephalalgia; artuum increvit debilitas. Sub veſperum omnia graviora; calor et frigus intercurrentibus horri-

pilationibus alternantia. Per ſex nycthemerorum ſpatium, quin medicam imploraret opem, naturæ fretus virtute, periculi pleno ſe vexari malo æger patiebatur; quo tempore præterlapſo 14ta Martii ad inſtitutum clinicum confugit. Receptus præter jam adlata, vix quidquam queſtus, pulſus modice frequentes, nec tamen parvos, reſpirationem naturali vix frequentiorem, tuſſim, profundiori inſpiratione auctam, ſenſum in pectore gravativum, debilitatem artuum inſignem exhibuit.

Latentis gravioris mali ſuſpicione moti veram morbi diagnoſin et medendi rationem non ſtatuentes, in præſentiarum præſcripſimus:

℞. Aq. flor. ſambuc. unc. ſeptem.
Spirit. Minderer. unc. unam.
Vin. antim. Huxh. drach. unam.
Mell. puriſſim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochl. unum.

Diæta ſit plena: potus ex Decoct. ſpecier. ordinario; regimen modice calidum.

Veſpere. Aeſtus et cephalalgia inſignis: genæ profundius rubentes; pulſus magni, ſubduri, frequentiores; reſpiratio difficilior, ſputa parca, ſpiſſa, granulis puriformibus intermixta. Continuentur medicamina.

Die 15ta. Nox inſomnis; parum frequentia et durities pulſuum remiſere. Corporis æſtus, reſpiratio alta, frequens, ob dolorem difficilis, et tuſſicula inſpiratione adaucta continuavere; cutis arida; aridæ fauces; decubitus in lecto ſublimis; ſitis maxima, adpetitus nullus.

De vera tuberculorum, de quorum præſentia opificium, tuſſicula ſicca, qua ſæpius erat vexa-

tus, ſputaque dein, ſiqua prodirent, graniformia, purulenta, nobis jamjam ſuſpicionem moverant, inflammatione et ſthenica morbi indole non amplius dubitantes ſecta vena cruoris uncias ſex emittendas curavimus. Ordinatur præterea:

℞. Nitri depurat. ſcrp. duos.
Solve in
Aq. fontan. unc. ſeptem.
adde
Oxymell. ſimplic. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochl. unum.

Diæta ſit tenuis; regimen modice frigidum.

Veſpere. Aeger tranquillior. Pulſus molles, parum frequentes; facies minus rubra; modica pectoris oppreſſio; tuſſis rarior cum ſputis puriformibus; æſtus minor, mador univerſæ cutis; non multum a naturali abludens ſitis; adpetitus exiguus. Cetera, uti medicamina, eadem.

Die 16ta. Bene per noctem æger dormivit. Tuſſis rara cum ſputis puriformibus. Febris nulla. Cutis madida; reſpiratio libera; pectoris evanida oppreſſio. Adpetitus redit, atque priſtinum corporis robur. Alvus aperta; urina flaveſcens. Aeger ſe omnino ſanum profeſſus. Cetera, uti medicamina, eadem.

Veſpere. Febris nulla. Omnes functiones integræ. Recruduit ſolummodo ſubinde tuſſis cum ſputis puriformibus. Cetera eadem. Medicamina heſterna.

Die 17ma. Nox bona. Sanitas, ſi tuſſim cum ſputis puriformibus excipias, integra. Hinc ægrum revertendi ad ſuos deſiderio flagrantem hac ipſa die dimiſimus, ſuadentes, ut ſub regi-

mine modice calido, quiete, ac præter congruam Diætam, Decocto lichenis islandici uteretur.

Adnotationes circa peripneumoniam.

Nullum fere hominum genus morbi pectoris frequentius adoriuntur, quam molitorum gentem. Nec enim mirum videbitur, ipſam opificii, quod exercent, rationem, tot ac tantos labores, organorum reſpirationis ſtructuram tenuiſſimam ac ſpongioſam totamque fere vasculoſam in primis comparata eſſe ad morbi fomitem facile ſuscipiendum. Pulveris farinæ, quæ continuo circumcirca diſperguntur, particulæ in bronchorum ramos delatæ, quando propter copiam muco involvi amplius non poſſunt, partes illas irritant, topicasque procreant inflammationes: tum graviſſimos portando ſaccos, ſanguinis circulus præpeditus, laborioſa reſpiratio et frequentior contingunt, pulmonumque ſe — et excretiones perturbant. Quibus rebus quum accedant perpetuus eorum motus, continuus aeris inhalati ſtimulus, non eſt, cur eos tam facili negotio morboſa labe corripi poſſe, moneam. Cujus morbi hiſtoriam descripſi, æger peripneumonia ſthenica detentus methodo debilitante perſanabatur. Arduum utique in diverſis caſibus, quod et hic evenit, determinare, an morbus ſthenicus ſit, nec ne? niſi perpenderimus et antecedentes potentias et res præſentes et univerſum ægri habitum. Interea his momentis nixi ſtabilire diagnoſin poterimus. Quod ſi enim æger robuſtus, cauſæ prægreſſæ excitantes fuerint, v. g. victus lautus, ſanguinis motu vehementiori per pulmones circulus auctus, ſpirituoſorum potus etc. morbus cum horrore intermixto calore invaſerit, aut frigus ſolum præceſſerit, calore inſequente, tuſſis ſic-

ea, respiratio difficilis, dolor pectoris mox pungens, mox gravativus, mox etiam pressorius, quavis inspiratione increscens, adjuncta fuerint, etc. sthenicam morbi indolem rite judicaveris.

Quæ memoravi, peripneumoniæ *sthenicae* symptomata, asthenicam eadem ut plurimum comitantur, ideoque medicos solis symptomatibus inhiantes, sæpissime decipiunt. Quare circumspecto judicio opus est, quod cum ex prægressis, tum ex præsentibus confirmatur. Nimirum quicunque vitam multis miseriis atque laboribus obnoxiam degit, exhausto viribus corpore, victu ex vegetabilibus parato non satis nutriente utitur, qui Atmosphæræ continuis objicitur injuriis, etc. posthæc in morbum incidens, memoratis symptomatibus stipatum, peripneumonia correptus a practicis dicitur *asthenica*. Quam qui debilitante methodo sanare voluerit, mortem potius, quam salutem adferet. Fallunt pulsus, quamquam subduri, magni, adeoque durissimi; fallit respiratio difficilis, quæ methodo excitante brevi disparet, sæpius a vitio pulmonum topico repetenda. Quod vero si nimium fuerit, intra exiguum temporis spatium mala resuscitantur, nec unquam talis morbus omnino tollitur.

Differt ab utraque *sthenica* nimirum et *asthenica*, quæ *nervosa*, *maligna*, *pestilentialis* ab auctoribus adpellatur; neque aliud quidquam est, quam febris nervosa, epidemicæ forsan constitutionis indole pulmones adficiens. Symptoma hæc pulmonum adfectio magis, quam peculiaris morbus est, neque ullum medentis respectum meretur: febri enim nervosa cessante et ipsa cessabit. Ast medicis, nisi curatius omnia ponderantibus, facile imponit hoc symptoma; qui demum in ægri

perniciem ſanguinem copioſe effundunt, aut olim effudere. Quod eo vehementius dolendum fuit, morbo interdum epidemico furore in mortales ſæviente *).

His præmiſſis adnotare liceat, quarumvis peripneumoniæ ſpecierum ſymptomata interdum non modo non levari, ſed etiam intendi, adeoque ſeduci medicos ad diverſiſſimas, non raro lethales, curandi methodos. In univerſum res ſe ita habet. Quod ſthenicam attinet, ſuppoſito, morbum methodo antiſthenica fuiſſe tractatum, eum adeſſe caſum judico, ubi ſthenia in debilitatem directam nimia venæſectione et purgatione tranſiverit. Contra aut neglecto penitus medicaminum congruorum uſu, aut methodo antiaſthenica in debilitatem indirectam fit tranſitus. Atque in hisce caſibus omnis debilitantium adparatus noxas adfert, ſecundus excitantium eventus meam confirmat ſententiam. Nervoſa ſic dicta non poteſt non exaſperari debilitantibus; excitantia ſola proſunt, ita tamen adminiſtrata, ut ne nimis aucta incitamentorum ſumma indoles ſthenica producatur.

Ex iis, quæ a principio usque huc prolata ſunt, luculenter patet, arduam ſæpiſſime determinationem eſſe, cujus naturæ præſens peripneumonia habeatur. Educere ſanguinem, ut videas, an corio pleuritico tegatur, non modo periculi plenum opus, ſed mali vehementia, ægro forſan in ſtatu debilitatis verſante, nimium exacerbatur; ut taceam, nihil ex corio, ſi adſit, inferri poſſe, quod etiam in adfectionibus rheumaticis indolis aſthenicæ obſervavimus; in ſummo contra peripneumoniæ gradu plus vice ſim-

---

*) V Cl. K eyſig de peripneum. malig. v. nervoſa Commenr. Lipſ. 1796.

plici non vidimus. Nihil ergo reſtat, quam omnia, quæ morbum præceſſere, quæ comitata ſunt eum, quæ reapſe adſunt, inter ſe conferre, ut certitudo, quæ fieri poteſt, maxima adquiratur. Interim vero ſi dubium ſuperſit, quam indolem præſens peripneumonia præ ſe ferat, excitantia ſuaſerim præ debilitantibus, cum iis propinatis morbus magis patescat, et damnum emergens, ſi ſthenia ſubſit, citius poſſit reſarciri, quam quod, præſente Aſthenia, methodo debilitante infertur.

G. *Adelmann.*

Febris nervoſa cum adfectione pulmonum.

Joſephus Burkhäuſer, Sulzfeldenſis, 16 annos natus, macilentus, infirmusque a prima juventute, ex qua nec variolis, nec morbillis, uti nec ullo alio morbo per vitam ſe laborare meminit, quum puero adhuc parentes morte eriperentur, omni auxilio privatus, pascendo pecudes et mercenario labore ruri ac in vineis victum ſibi parare coactus eſt.

Ante annum Herbipolim cum veniſſet, ibidem etiam laboribus jam memoratis fungens hyemis tempore frigidiſſimo fimum ad colendas vineas, per totum fere diem aeri libero et cunctis Atmoſphæræ injuriis expoſitus tulit; noctemque in cubiculo frigido flanti pervio auræ transegit. Alimento inſuper vili uſus; per quatuor hebdomadas nil, niſi fructus ſolani tuberoſi cum pane et aqua adſumſit. Rebus ita verſantibus infeſtiſſimam inter hyemis tempeſtatem, atque ad

ejus finem humidam pascere oves continuavit quotidie. Neque eum deterruere lassitudo, artuumque dedolatio, quibus per plures jam dies adfligebatur, ita, ut non, nisi summma virium contentione pensa perficere valeret.

Hasce inter molestias die Martii 8va frigore cum alternanti calore, tantaque lassitudine corripiebatur, ut e lecto surgere non posset. Quibus symptomatibus detentus, iterum iterumque magnam materiæ atro viridis quantitatem et nonnullos lumbricos evomuit; post a foemina quadam pulveris radicis Rhei accepta dosi plures dejectiones alvi liquidiores est expertus. Verum rebus exasperatis, dolore dextri lateris accedente 11ma in Nosocomium Julii delatus, receptusque sequentia præbuit nobis symptomata: summam scilicet debilitatem, ita, ut incedere æger vix posset, nec quidquam ob musculorum tremores manibus tenere valeret; cutem aridam, calores per totum corpus urentes; pulsus debiles, celeres, exiles, frequentes; faciem pallidam, collapsam; aspectum tristem; oculos splendore orbatos; in orbitam reductos; totius corporis maciem; dolores capitis ad frontem pressorios; vertiginem, susurrum aurium; saporem oris amarum; linguam siccam in medio flavescente muco tectam; sitim ardentem; nullum omnino cibi adpetitum; præcordiorum pressionem atque dolorem; alvum clausam, respirationem difficilem, anxiam; pectoris oppressionem; dolores in dextra thoracis parte punctorios, respiratione, tussi atque situ sive in dextro, sive in sinistro latere auctos; tussiculam molestam, siccam, ac frequentem. Ordinabatur:

℞. Mucilag. gi. arabic. unc. dimidiam.
Solve inj
Aq. fontan. unc. ſex.
adde
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochl. unum.

℞. Camphor. c. ſ. q. ſpir. vin. trit. gran. duo.
Sacchar. alb. gran. quindecim.
M. f. pulv. dent. tal. doſes. Nro. novem.
S. Sumat quovis trihorio doſin unam.

Injiciatur clysma ex infuſo flor. Chamomill. paratum. Diæta tenuis cum vino. Pro potu Decoct. ſpecier. ordinarium. Regimen modice calidum.

Veſpere. Pulſus celeriores, ac frequentiores, calor cutis auctus; ſitis vehementior. Clysmate fæces duræ per alvum evacuatæ. Cetera eadem, uti etiam medicamina.

Die 12ma. Inquietus ſomnus; pulſus frequentes, celeres, debiles; ſopor continuus; calor vero, ſuſurrus aurium, vertigo, dolor in dextra thoracis parte et tuſſis remiſere. Præscripſimus:

℞. Pulv. rad. Valerian. unc. dimidiam.
infunde
Aquæ fervent. unc. octo.
Cola. Colatur. adde
Laudan. liq. Sydh. gutt. quindecim.
Mell. depurat. unc. unam.
M. D.
S. Omni hora capiat cochlear magnum. Continuentur pulveres.

℞. Rad. Valerian. groſſ. mod. conc. unc. unam.
Flor. Chamomill. unc. dimidiam.
infunde
Aq. fervent. libræ uni et dimidiae.
Cola. Colatur adde
Ol. lin. recent. drachm. unam.
M. D.
S. Pro Clysmatibus. Veſicantia ſuris adplicentur.

Veſpere. Febris, calor et ſitis aucta, reliqua eadem.

Die 13tia. Somnus inquietus, phantasmatis interruptus; pulſus parvi, frequentes, valdeque debiles; cutis arida; calor mordax; lingua ſicca; ſuſurrus aurium, vertigo, ſopor; dolores capitis et in dextra thoracis parte aucti; in nullo latere decubitus poſſibilis; tuſſis continua, ſicca; ſitis, nullus ciborum adpetitus; clysmate tamen alvus aperta. Epidermis in veſicam elevata, evacuato ſero, cerato ſaturni tegebatur. Præscripſimus:

℞. Camphor. c. ſ. q. Spir. Vin. trit. gran. tria.
Sacchar. alb. gran. quindecim.
M. f. Pulv. dentur tal. doſes Nro. duodecim.
S. Capiat quovis bihorio cum infuſo Valerian. heri ordinato alternatim doſin unam.

Eadem. Clysmata quovis die bis injicienda. Cetera eadem.

Veſpere. Per diem nullum delirium; nullusque ſopor: jam vero ſymptomatum exacerbatio; ſudor viscidus totius corporis ex acido olens; cetera eadem. Continuentur medicamina.

Die 14ta. De nocte paululum dormivit, ſomniis tamen turbatus paſſim deliravit; per totum corpus ſudavit cum levamine; pulſus for-

tiores, tardiores; calor cutis imminutus; ſuſurrus aurium, ſopor, dolores capitis, et pectoris oppreſſio mitiora: lingua humida, pura, reſpiratio facilior; anxietas nulla; tuſſis mitior, ſputa ſpiſſa, tenacia ac pituitoſa.

Veſpere. Exacerbatio modica. Continuentur medicamina.

Die 15ta. Bene et tranquille dormivit; pulſus fortiores, tardiores. Omnia evanuere Symptomata, excepto aliquo lateris dextri dolore. Efflorescentia oris; æger alacris. Cetera eadem. Omittantur pulveres ex Camphora; in reliquorum uſu medicaminum pergatur.

Die 16ta ad 18vam. Pulſus, uti in ſtatu ſano; tuſſis nulla; rediit ciborum adpetitus. Cetera eadem, uti etiam medicamina. Portio ſit quadrans; vini generoſi menſura dimidia.

Die 19na. Eadem morbi conditio: dolores leviter pungentes in dextra thoracis parte remanſere. Hinc

℞. Camphor. Ol. amygdal. q. ſ. ſolut. drachm. dimidiam.
Spir. ſal. ammoniac. calc. viv. parat. drach. unam et dimidiam.
Unguent. de Alth. unc. unam.
M. D.
S. Ad illiniendam partem lateris dolentem.

Die 20ma. Pulſus tantummodo paulo debiliores; quam in ſtatu ſano: æger in utroque pectoris latere ſine dolore decumbit; lateris dextri pungens dolor valde mitigatus. Reliquæ funcliones integræ. Continuentur medicamina.

A die 21ma ad 22dam. Symptomata eadem; hinc continuavimus ſingula.

A die 23tia ad finem usque menſis obſervavimus ſemper omnes functiones in ſtatu ſano; dolorem pungentem dextri thoracis lateris plane ceſſantem, efflorescentiam circa os ſiccatam ac desquamatam; queſtus eſt æger tantummodo de laſſitudine; quare ordinavimus:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. unam.
Coq. c. Aquæ font. unc. ſedecim:
ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur. adde
Mellis depurat. unc. unam.
M. D.
S. Capiat æger quovis bihorio duo cochlearia.

℞. Elixir. acid. Haller. drach. duas.
D.
S. Ter de die ſumat guttas decem.

Habeat portionem dimidiam cum dimidia vini generoſi menſura.

Quibus ſe recreatum quum ſentiret, tamen ob tempeſtatis injurias dimiſſus non eſt, usque dum viribus omnino reſtitutis ac mitiore coelo perfectæ inter ſanitatis criteria, corporis toroſitate adquiſita omnino ſanus ex Noſocomio 10ma Aprilis die excederet.

Seiler.

Hydrops Cerebri.

Carolus Lampe Gosmannsdorfenſis ad Moenum, ſex annos natus, fabri lignarii filius. Ab incunabulis, parentibus ſanis progeneratus, per duos annos optima fruebatur ſanitate, ac bene nutritus matris lacte atque robuſtus variolas ſine ullo

detrimento ſuſtinuit. Quum ſecundum ætatis annum adtigiſſet, jamjam verſatiſſime ac diſtincte loqui, pedibus incedere, undique diſcurrere valuit. Hinc accidit, ut patrem, filiolum ſuaviter amantem, multumque otio et Baccho indulgentem, ad opera lignaria, immo ad cauponas quotidie ſequeretur. Infans a patre domi relictus, mox inquietus hinc inde diſcurrit et, ſi non inter labores ſudantem, ſaltim fere ſemper in caupona jam ſatis nota inter pocula hilarem invenit. Pater ſtrenuus potator vino recreatus ſæpius et filiolo ſuo poculum porrexit, bibere invicem, nec raro puer paterque inebriati obdormivere. Mala hac conſuetudine omnes cibos potusque puer recuſavit, et, quæ nobis usque ad vitæ ejus finem obſervandi occaſio fuit, de nihilo, niſi de vino et panis albi parca quantitate vixit.

Inter hanc turpem educandi methodum ſubito puer, tertium ætatis ſuæ annum agens, corripiebatur epileptico inſultu, ita, ut omnes corporis musculi convellerentur, ipſe humi procumberet (clangore ex faucibus prodeunte horrido) omni ſenſu orbatus; ſpuma ex ore prodibat, atque finito, certum tempus non obſervante, paroxiſmo æger per horas aliquot quietus dormiebat. Ex illo tempore paroxysmus talis ſæpius eſt reverſus; quin pater ſuetum vitæ genus, puero iterum ſano, mutaret. Omni veſpere inviſere bini ſemper cauponam. Jam paroxysmi rediere frequentiores hac tamen differentia, ut non per diem, ſed per noctem ſemper ingrederentur. Hisce ſæpius ingruentibus amiſit tandem puer loquelam atque lateris dextri musculos movendi facultatem, ut in veram hemiplegiam incidiſſe

possset dici. Hac labe per duos annos vexabatur, quin parentes ullum remedium ad eam depellendam adhiberent, præcipue quum, elapso hoc tempore, paroxysmum minus frequentem, ac loquelam satis distinctam reverti perciperent, artuumque lateris dextri motum faciliorem. Ast sanitatem redditam, quam exspectabant, nunquam viderunt, immo sensim sensimque graviora reversa sunt omnia, et puer non tantum lateris dextri hemiplegia detentus, loquelæ et motuum muscularium lateris dextri impos, sed et emaciatus totus quantus in Nosocomium die 19na Septembris 1798 defertur, quo et eodem die receptus est.

Die 20ma sequentia invenimus: Hemiplegiam lateris dextri perfectam, ejusque artuum maciem: totum corpus emaciatum pallidumque, abdomen tumidum; linguæ usum ablatum, mentem stupidam, pupillam valde dilatatam, strabismum, elevandi palpebras, quæ bulbum oculi ad dimidiam fere partem semper obtegebant, impotentiam, caput grave magnique ponderis, ad latus dextrum, etsi erigere id simus conati, relanguescens, inclinatumque continuo ad hunc situm; ab arcu ciliari, ab occipite et regione temporali, ad verticem majus, quam uti solito videtur, volumen. Continunm præterea ptyalismum; ægrum neque sedentem, neque incedentem, sed semper ad latus dextrum decumbentem, in quem situm, experimentum nobis instituentibus, semper relapsus est, nisi manibus suffulciretur; pulsum frequentem, celerem, parvum, adpetitum prostratum, (interim amabat æger vinum et parcam panis albi quantitatem,) masticationem valde aggravatam; immo impeditam, sitim nullam; alvum tar-

dam, urinam involuntarie miſſam; brachium dextrum arcte corpori admotum, continuosque manus ipſius motus, eos quidem, quaſi æger quid manu carpere tentaret, obſervavimus. Dextrum latus integra incitabilitate præditum, hinc et membris ejusdem ad ſuos fines, quantum potuit, utebatur puer. Morbum itaque hydropem cerebri cenſuimus cum omnibus adſtantibus medicis, a debilitate indirecta, immodico vini uſu progeneratum.

Denominavimus quidem in tabulis anni ſuperioris morbum hemiplegiam, nempe ſymptoma, non morbum ipſum, ea ex cauſa, ut ne præcoci ſententia, nos ſimul cum aliis in *errorem inducere-mur.* Hinc decrevimus morbum ipſum palam non proferre, niſi ex omni parte certi prius fuerimus redditi. Immo denominatio morbi ad medendi methodum nil confert, ſufficit indicare ejusdem descriptionem, noſtram tractandi methodum, ejusque eventum. His nixi principiis primo ſtatim ordinavimus:

℞. Calomel. optim. gran. dimidium.
Sachar. albi. gran. decem.
M.
F. Pulv. pro doſi: diſpens. tal. doſes Nró. ſex.
D. S. Capiat ter de die doſin unam.

℞. Liniment volat. unc. unam.
Unguent. mercur. drach. tres.
M. D.
S. Mane et Veſperi inungatur portio quædam nucis avellanæ adinſtar brachio et cruri dextro.

Exinde ad 3tiam Octobris a die receptionis omnia eadem.

Die 4ta. Puer magis hilaris brachium valde emaciatum movere et attollere coepit. Sedens, pulvinaribus suffulcitus, ne relabatur ad dextram, caput erectum fert, interim incedere nequit. Adpetitus paulo melior. Somnus bonus, major corporis quies, cum antea lamentans se in lecto jactitaret. Paroxysmus, qui miserum quovis die, præsertim hora 5ta matutina invaserat, per tres dies non rediit; ea tamen hora e somno, quasi subito excitatus, clamorem edit. Ptyalysmus auctus: cetera eadem. Omisimus ob salivationem pulveres et unguentum, ac ordinavimus sequentia:

℞. Pulv. rad. Valerian. drach. duas.
infunde
Aq. fervent. unc. sex
Cola. Colatur. adde
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Omni bihorio cochl. magnum.

℞. Mosch. optim. gran. duo.
Sachar. albi. scrp. dimidium.
M. f. pulv. pro dosi: dentur. tales dos. sex.
S. Capiat ter de die dosin unam.

Adplicavimus insuper Vesicans ad nucham, quod reliquis diebus continuavimus, ita tamen, ut si locus vesicatorii fuerit sanatus, alterum infra eum adplicantes sic per spinam dorsi ad os sacrum usque descenderemus.

A 4ta ad 19nam. Observavimus corporis torositatem sensim increscentem; recreari puerum non solum pane et vino; sed et alia, juscula, v. g. legumina, carnes cum adpetitu satis bono ingerere; animi alacritatem, atque attentionem

ad omnia, quæ circa eum gererentur; evanidum mentis ſtuporem, vires corporis redeuntes. Aeger brachium ſiniſtrum, ut et crura ejusdem lateris movet ac elevat, mutus antea jam quoque aliqua vocabula profert, erigit caput, aſt levi motu in dextrum latus reclinat. Sedet corpore erecto, et ſuffultus deambulare pauliſper valet. Pupillæ adhuc valdolpere dilatatæ; urinæ involuntarie non amplius emittuntur; Ptyalismus vehemens ceſſat, effluit tamen ſaliva, uti jam a morbi initio parca quantitate. Paroxysmi non rediere. Cetera eadem, uti ordinatio, præterquam, quod infuſo Valerian. Extracti cort. peruv. drach unam et Liquoris anod. min. Hoffm. ſcrup. duos addiderimus. Pro diæta habeat portionem quadrantem atque pro potu Vinum aqua dilutum.

Die 20ma ingruit febris incipiens horripilatione, quam ſequebatur æſtus per totum corpus urens, magna artuum dedolatio, ſitis multa, lingua ſicca, muco obducta, nullus ciborum adpetitus, hemiplegia lateris dextri major, ventris inflatio; ſopor, nox inquieta, pulſus exiles, debiles, frequentiſſimi; reſpiratio laborioſa; corpore et capite erecto æger ſedere nequit, ſtatim enim ad latus dextrum relabitur, continuoque clauſis oculis decumbit. Ordinatur:

℞. Tartar. emetic. gran. duo.
Solve in
Aq. font. deſtillat. unc. dimidia.
Oxymel. ſimplic. unc. unam.
M. D.
S. Omni hora duo cochl. parva.

Evomuit per tres vices paucam muci quantitatem et duos Vermes.

Die 21ma. Nox inquieta. Omnia eadem. Ordinatur clysma emolliens: alvus mucum deponebat copiosum et fæces; quo facto venter detumuit. Præterea præscripsimus:

℞. Pulv. rad. Valerian. drach. duas.
infunde
Aq. fervent. unc. sex
Cola. Colatur adde
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat quavis hora cochl. magnum.

Ad vesperum clysma denuo injiciebatur. Perduravere omnia hæc eodem tenore ad 26tam usque Octobris, ubi respirationem simul invenimus difficilem, laboriosam, pulsus exilissimos vix tangendos, soporem continuum, ingentem virium prostrationem, diarrhoeam aquosam, et nocte, quem æger non amplius ex hoc tempore expertus est, paroxysmum. Continuatur Mixtura, et ordinatur præterea sequens:

℞. Mosch. optim. gran. duo.
Sachar. albi scrup. dimidium.
M.
F. pulv. pro dosi. dispensent. tal. doses Nro. duodecim.
D. S. Omni trihorio sumat dosin unam.

Die 27ma. Febris modica, sopor nullus, cutis mador, major motus artuum lateris dextri facilitas, animi alacritas, adpetitus paulisper rediens, corpus et caput æger erectum fert sedens in lecto: ast caput, etsi per breve tempus erectum teneat puer, semper relapsum ac inclinatum ad latus dextrum videmus; alvus bis deposita mi-

nus aquoſa. Pulſus tardiores. Continuantur mixtura et pulveres; diæta tenuis cum vino; et pro potu vinum aqua dilutum.

Die 28va. Nox quieta, febris nulla, ſudor totius corporis, ciborum adpetentia, hemiplegia lateris dextri cum macie vero remanet, eſi motus ejus artuum faciliores fiant. Reliqua eadem. Addebatur heſternæ ordinationi portio quadrans. Horum remediorum ad 6tam usque Novembris continuatorum uſu obſervavimus vires ita refocillatas, ut per longius temporis ſpatium corpore erecto ſedere valeret æger in lecto, inclinatum autem ſemper fuit caput ad latus dextrum, et puer, qui ab adſtantibus oculos fere ſemper avertit, ſtupidus a nobis timidusque judicatus. Famula interim adfirmavit, per diem eum eſſe hilarem, cibos ſatis bene comedere, per noctem dormire, de nulla omnino re ejulare. Ceterum æger faciem præbuit pallidam, pupillas oculorum dilatatas, eandem jam dictam hemiplegiam, ac corporis maciem, præcipue lateris dextri. Alvus, ut in ſtatu ſano, aperta. Nauſeanti ægro medicamina præscripſimus, eandem adminiſtrantes diætam, ſequens:

℞. Rad. Valerian.
Cortic. peruv. aa. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. font. unc. viginti
ad remanent. unc. decem.
Cola. Colatur. adde
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Quovis Veſperi unciæ tres per alvum injiciantur.

Continuabatur hoc clysma inter dictam diætam ad 12mam Novembris. Nihilominus omnia in eodem ſtatu perſiſtebant; interim noctes ægro placidiſſime tranſactæ; adpetiit, varia vocabula protulit, alacris fuit, immo, quod nunquam antehac evenit, deambulavit manu ſuffulcitus in cubiculo; major brachii dextri mobilitas præ ſiniſtro valde emaciati. Ceteræ functiones integræ.

Continuantur ſingula.

Die 13tia. Eadem.

Die 14ta. Nocte circa tempus matutinum invadebatur æger jam ſupra descripto paroxysmo, quo ex hoc tempore fuit immunis; cetera eadem, uti ordinatio.

Die 15ta. Paroxysmus nullus, nox quieta, cetera eadem.

Die 16ta. Nox bona: viribus auctus æger ſine ullo adjumento deambulavit: caput optime elevavit et erectum tulit. Aſt facies pallida, oculi triſtes, timidi, pupillæ dilatatæ: ore aperto, ex cujus angulis continuo ſaliva effluit, ſtupidus quaſi circumſpexit, inviſentes timuit æger, ſæpius ſine ulla cauſa ingemuit; quæſtionibus, licet eas intelligere videretur, non reſpondit, et caput et oculos a quærente avertit; pulſus debiles, parvi. Alvus aperta. Paroxysmus nullus. Adpetitus ciborum valde modicus, vini parca quantitate ac pane albo fere ſolis recreatus eſt puer.

Continuavimus clysmata. Interim quum puer ſemper eundem, modo descriptum, ſtatum exhiberet, die 20ma ordinavimus:

℞. Calomel. optim. gran. dimidium.
Rad. ſquill. marit. gran. duo.

Calami aromat. gran. ſex.
Sach. albi ſcrup. dimidium.
M.

F. Pulv. pro doſi. diſpenſent. tal. doſes Nro. ſex.
S. Mane et veſperi ſumat doſin unam.

Die 21ma. Nox quieta. Paſſim ſine ulla cauſa nobis nota profunde ſuſpirat. Major corporis alacritas. Timor et fatuitas eadem. Pupilla lucis admoto radio contracta. Salivatio nulla. Interdum æger loquitur, ſed prolata non intelliguntur. Cetera eadem.

Die 22da et 23tia. Eadem. Aegro, quum medicamen nauſearet, ordinavimus:

℞. Calomel. optim. gran. dimidium.
Sach. albi gran. decem.
M.

F. Pulv. pro doſi. dentur tal. doſ. Nro. novem.
S. Ter de die doſin ſumat unam.

Porro decoctum cortic. peruv. ad vascula duo omni mane per alvum injiciatur. Corpus lavetur infuſo herbar. aromaticarum vinoſo.

Die 24ta. Eadem.

Die 25ta. Eadem. Hora vero 5ta matutina paroxysmus ſupra descriptus revertebatur.

Die 26ta. Omnia eadem. Paroxysmus nullus. Per alvum vermis exceſſit. Continuavimus medicamina.

Die 27ma. Omnes functiones integræ. Deambulat æger, major adeſt animi et corporis alacritas, majorique cum facilitate movetur brachium dextrum valde emaciatum, quod vero lateri dextro continuo arcte adprimit æger, atque manu et digitis continuos motus edit, veluti quid

capturus. Caput erectum fert. Remanet tantum fatuitas et aphonia. Adpetitus, qualis ſemper fuit, modicus, ſolo vino et pane æger recreatur. Ceterum pallet corpus et marcescit. Pulſus debiles et parvi. Medicamina eadem.

A 28va ad finem usque menſis omnia eadem, uti medicamina.

Die 30ma vero per alvum excrevit vermem, et hora 5ta matutina paroxysmo correptus eſt æger.

Die 1ma. Decembris. Paroxysmus reverſus eadem hora. Cetera eadem.

Die 2da. Paroxysmus nullus. Idem vero ſemper corporis ſtatus. Continuantur ſingula.

Die 3tia. Eadem. Ordinavimus:

℞. Pulv. rad. Valerian. drach. tres.
— ſemin. cinae drach. duas.
infunde
Aq. fervent. unc. ſex.
Cola. Colatur. adde
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bi horio cochl. magnum.

Continuabantur medicamina ad 19nam usque, omnibus nihil omnino mutatis, etſi die 5ta unum, 8va duos, die tandem nona tres vermes ejecerit. Paroxysmus hoc tempore nullus.

Die 20ma. Hisce perſeverantibus, quum æger medicamina hæc nauſearet, et nullos amplius vermes emitteret, ordinavimus:

℞. Pulv. rad. jalapp. gran. octo.
Calomel. optim. gran. quatuor.

Sacch. albi ſcrup. dimidium.
M. D.
S. Mane ſumatur pulvis.

Uſu hujus remedii alvus quater mota eſt, ſed vermes nulli prodiere.

Die 21ma. Omnia eadem; puer omnia exhibita medicamina nauſeabat, et talia adſumere coactus, evomebat valde debilitatus. Hinc abſtinuimus ab omni medicamine ore adſumendo et continuavimus ſolummodo usque ad finem menſis clysmata, decocto corticis peruv. parata, atque infuſum vinoſum herbarum aromaticarum, quo corpus bis per diem lavabatur. Aſt ſtatus idem, quem die 27ma descripſimus, remanſit continuo.

Die 1ma Januarii 1799. Per noctem æger paroxysmum ſupra nominatum ter expertus eſt. Cetera fuere eadem.

Die 2da, 3tia et 4ta iidem paroxysmi. Aeger valde debilitatus deambulat tamen per diem. Interim nihil adpetiit, niſi quod panis albi ac vini modica quantitate uteretur; brachii dextri hemiplegia major; corpus magis magisque incipit emarcescere. Pulſus frequentiſſimi, debiles, parvi, frigus et pallor corporis. Revomit omne medicamen. Lavare corpus pergimus et clysmata injicere: talis fuit per totum hunc menſem ſtatus, ita tamen, ut æger alternis diebus paulo nobis videretur alacrior. Revertentibus vero ſæpius paroxysmis, increscente corporis debilitate atque macie, redeunte in priſtinum ſtatum hemiplegia cogebatur aeger initio fere Martii lecto ſe committere, neque quid adpetebat, neque deambulare, neque corpus erigere valebat;

ſummoque verſabatur in debilitatis ſtatu. Mox alvus fuit aquoſa, mox tarda. Continuavimus, cum omnia nauſearet, clysmata. Interea de die in diem corpus magis fuit emaciatum et debilitatum. Paroxysmi frequentiſſime reverſi, et matutina hora circiter 4ta diei 22dæ Martii inter paroxysmum e vita exceſſit.

Sectio Cadaveris.

Exploratione externa invenimus:

1, Totum corpus emaciatum; extremitatem ſuperiorem ac inferiorem lateris dextri multo graciliorem, quam ſiniſtri; caput grave, a fronte oſſibus temporalibus ac occipite ad verticem magnum, extenſum, undique durum.

2) Abdomen tumidum ac inflatum.

Aperto capite

3) animadvertimus cranii oſſa duriora, quam in pueris ejusdem ætatis alias eſſe ſolent. Diſſecta dura matre effluxerunt duæ circiter aquarum unciæ, infra eam diſperſarum. Membrana arachnoidea tota quanta contentis aquis tumuit.

4) Cerebrum pro ratione ætatis ſolito durius. Cujus ventriculi aqua adimplente erant valdopere dilatati. Tertius præ reliquis fluido contento maximam extenſionem nactus: Plexus choroideus ſiniſtri ventriculi multis, iisque parvis hydatidibus fuit obſitus. In apice glandulæ pinealis reperimus materiem ſabuloſam.

5) *Spinæ dorſi* cavitatem aqua replevit, quæ, quantum colligi potuit, cum ea in ventriculis reperta æquavit uncias quinque.

Reserato abdomine

6) magna ſat aquæ copia ibi contentæ in conſpectum prodiit; hepar magnum atque pallidum; ejusque lobus dexter diaphragmati adcretus. Veſicula fellea bile vacua; intra ejus tunicas humores ſeroſi. Glandulæ meſeraicæ partim tumidæ, partim induratæ. Finis inteſtinorum tenuim, ad pollicis fere longitudinem, principio craſſorum immiſſus fuit, quam intuſſusceptionem adpellamus. In inteſtinorum tractu glandulæ *Brunnerianæ* paſſim tumidæ. Membranæ craſſorum pro ætate et tenuium reſpectu juſto denſiores atque tumidiores. Inteſtinum rectum multis Trichuridibus repletum; ceterum unus fuit lumbricus, in inteſtinis nidulans.

APRILIS.

Prima et 2da omnia gelu rigida; tempeſtas fuit ventoſa, nivesque decidere. 3tia eadem, ac inter raros tantum ſolis radios nives ſuperioribus diebus delapſæ effluxere. 4ta et 5ta quovis mane glacies; ſerena tamen dies, aer dein calidior, poſt meridiem coelum nubibus tectum; venti mitiores. A die 6ta usque ad 8vam calida aura fuit, nivibus ſparſim cadentibus interturbata. Dies 9na pluvias habuit, quæ et ſequentibus ad 12mam usque perduraverunt. Gratum fuit tempus et calidum a 13tia usque 18vam; venti tamen interdum, perque noctes pluviæ. Dein ex 19na calida, ventoſa tempeſtas; quam 23tia glacies matutina excepit, reliqua hujus diei parte ingrata, ventoſa. Paſſim et ſubſecutis diebus venti continuavere; de cetero dies mox calida, ut 24ta, mox etiam frigida, ut 25ta cum 26ta, mox pluvioſa, nimirum 27ma, tranſiit. A 28va ad finem menſis ingrata, ventoſa, nubeculoſa, mane vero ad 8vam usque horam ſemper ſerena temporis viciſſitudo.

Uti prioribus, ita et hoc menſe morborum, veluti epidemice graſſantium, character plerumque fuit. Frequentiſſime enim occurrebant pleuritides, peripneumoniæ ac rheumatismi, ſthenicæ indolis, quibus methodo debilitante obviam ivimus; et hac medelam adferentes. Arthritidem

aſthenicam una tantum vice, peripneumoniam vero nervoſam duplici exemplo obſervavi; quæ, quum excitantia ſibi deposcerent remedia, tempore ſat brevi pro morbi natura fuere profligatæ. Communis horum morborum decurſus, præcipuaque ſymptomata ex iis, quæ enarrabo, exemplis patescet; ſuperfluum itaque foret, omnia, quæ in hiſtoriis adnotavimus, hic repetere.

Præter morbos recenſitos, et febres intermittentes obſervavimus, minus frequentes, quam eodem anni elapſi menſe, minusque graves. Varias in poſterum, ſi plures occurrant febres, chinæ ſpecies tentabo, ut de virtute earum magis magisque convincamur; generalesque obſervationes poſtmodum atque prolectas inde concluſiones in vulgus proferam. Laudata alia in febre intermittente remedia tentavi jamjam ſine ullo fere effectu; hinc ab experimentis abſtinui: quid? quod iterum timeo, ut magna, forſan ulla inveniatur inter diverſas chinæ ſpecies differentia. Memoriæ quidem auctores prodiderunt, variis ſeſe chinæ ſpeciebus intra breviſſimum temporis ſpatium, exiguaque doſi febrem depuliſſe; aſt experimenta ſunt periculoſa, ſemperque dubia; febres enim ipſæ gradu, natura ac modo differunt; differunt ratione conſtitutionis annuæ, tempeſtatis, cauſarum prægreſſarum, atque præſentium, decurſus denique ac individui ipſius: immo facile indoles earum adfluentibus aliis potentiis, cibo, potu, regimine, tempeſtate et reliq. immutatur, modificatur, atque febris ſæpe ſponte ceſſat. Hinc experimentis iſtis ægre fidendum; et mea, ex adlato ratiocinio, eandem ſortem nanciscentur. Interim, quid valeant conatus mei, experiar, ac, ſi nihil eruerint, æque

profitebor, atque si mira vicissent. Quare, ut ordiar, enarrabo duas historias febris intermittentis tertianæ, brevi corticis chinæ regiæ usu profligatæ.

Chronici, quos observavimus, morbi vel notatu indigni fuerunt, vel curam tantummodo admisere palliativam, vel alio loco ac tempore, exitu eorum cognito, ansam mihi præbebunt, de iis fusius differendi.

Verum in præsentiarum notatu digna erat scabies insperso carbonum pulvere sanata. Sartor scilicet, juvenis *Krauss* 16 annos natus, ceterum sanus ante aliquot septimanas scabie a contactu adficitur; confugit 13tia Aprilis in Nosocomium. Instituto examine inveni omnes functiones integras, sanitatemque incolumem. Cutis vero femora ac antibrachia obtegens ulcusculis foeda; quæ quasi in se confluentia herpetem humidum referebant, achore tecta. E fundo ulceris inter achores propullulabat aqua limpida, gratum efficiens pruritum. Ulcera ipsa superficiem tantum cutis obsidentia levis ambiebat rubedo, seu inflammatio, quæ ad quemvis pruritum, manu excitatum, valde dolebat. Brevi post infectionem non confluebant ulcera, sed, uti in scabie solent, adparebant; hinc morbum quoque scabiem humidam judicavi. Partes confestim aqua cum sapone remixta ut abluerentur, præcepi, omnique vespere exanthemati pulverem carbonis inspergendum, ac fascia partes adspersas deligandas curavi. Aeger sic tractatus mane quovis antibrachia et femora sollicite aqua saponacea lavare jussus est. Continuata hac methodo sensim sensimque exanthema vidimus desquamatum, cutim puram, integramque; ac, nisi per in-

tervalla, non conſpeximus eadem deſcripta ulcuſcula, quæ et brevi hac ipſa tractandi ratione ita diſparuere, ut æger elapſis tribus ſeptimanis ab hoc exanthemate liber omnino eſſet. Cui quum poſtmodo cibum lautiorem, portionem dimidiam, qui initio portione tantummodo quadrante frueretur, ac vinum aqua dilutum pro potu conceſſiſſem, denique balnea tepida diebus alternis ad horam dimidiam ſumenda adjunxiſſem, omnino reſtitutus die 19na Maji ex Noſocomio a me dimiſſus exiit.

Ex ipſa autem hiſtoria elucet, inſperſionem pulveris carbonum præ noſtra methodo non eſſe attollendam, quum ægris ſcabie detentis intra brevius adeo temporis ſpatium hac noſtra tractandi ratione medeamur. Revera pulveris inſperſio multis, præcipue ob immunditiem, incommodis premitur, et jure dubitatur, numquid non et alia remedia, quæ cutim levi ſtimulo adficiant, itidem ſanationem præſtent, uti pulv. ſemin. Lycopodii, Phellandrii, et reliq. Porro an ſolo hoc remedio ſcabies fuit profligata? Profecto! Diæta, regimen et partium lavatio quotidie inſtituta, ſuam, eamque magnam contulere ſymbolam. Siquid præ reliquis in ſananda ſcabie pulvis hic ſibi vendicet, certe intra breviſſimum tempus exſpectationi ſatisfaciat, neceſſum eſt; alias laudem, qua efferunt hoc remedium alii, non meretur. Aſt ex ſolo hoc experimento judicare nolo, pergam in ejus deprædicatam virtutem ulterius inquirere. —

Peripneumonia Sthenica.

Franciscus Berg Suevus ex vico Oberwaldbach, 16 annos natus, corpore minus valido ac incitabili præditus annum 14tum agens, Chirurgiæ caufa, Würceburgum contendit. A prima juventute nulli morbo fuccubuit, excepto, quod frequentibus catarrhis fuerit conflictatus. Quam diu in urbe noftra degit, fanus fuit et alacris; fuorum tantummodo atque amatæ fuæ defiderio agitatus quandoque optimam fuam fortem, qua fruebatur, male tulit, ceterum munere fuo egregie, magnoque cum fervore functus, ac inter amicorum confortia lætus. Die autem 9na Aprilis 1799, quum in diffitis urbis partibus tempeftatis viciffitudine per plures horas ultro citroque discurriffet, fudansque potum frigidum ac magnam fpiritus vini copiam haufiffet, tempore matutino 10mæ Aprilis fubito quafi fulmine ictus, dolore lateris finiftri pectoris punctorio ad claviculum fcapulamque procedente, quavis infpiratione ac tuffi aucto corripiebatur. Horror, mox calor per artus urens, artuum dedolatio ac laffitudo ingens fequebantur, quibus acceffere refpiratio difficilis, anxia, oppreffio pectoris cum tuffi ficca admodum molefta; fitis magna, adpetitus proftratus, dolor capitis gravativus, vix ferendus; fopor, delirium. Hoc malo detentus vefpere hujus diei 10mæ ad inftitutum Nofocomii clinicum deportabatur.

Symptomata fupra memorata deprehendimus aucta. Refpiratio difficillima, frequens, anxia, anhelofa; dolor lateris finiftri pectoris punctorius gravior; tuffis ficca, moleftiffima, continua; decubitus in latere dextro impoffibilis. Facies

læte rubra, tumida, cutis ardens, ſiccescens; lingua arida; aurium ſuſurrus, fulgor oculorum. Vix ob anhelofam et impeditam reſpirationem enarrare fata ſua valuit. Somnus prægreſſa nocte nullus. Pulſus pleni, fortes, duri ac tardi. Ordinabatur, ut primum ad inſtitutum clinicum venit, venæſectio ad ſex ſanguinis uncias. Propinata ſequens mixtio:

℞. Aquæ fontan. unc. ſex.
Nitri depurat. drach. unam.
adde
Oxymel. ſimplic. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochl. unum.

Diæta inanis; pro potu ſit decoct. ordinarium; regimen modice frigidum.

Statim a venæſectione reſpiratio, tuſſis, dolor pectoris punctorius ſublevata paulisper; pulſuum plenitudo, durities ac fortitudo imminuta. Deliria evanuere. Dolor capitis, cum ſiti, minor. Nox inſomnis tamen, deliriis blandis prodeuntibus.

Die IIma. Facies, heri venæſectione peracta, ſubrubra iterum læte rubuit; reſpiratio difficilior, dolor pectoris punctorius major; pulſus pleni, fortes, duri, dolor capitis ac ſuſurrus aurium auctus. Reliqua acutie graviora. Repetita venæſectio ad uncias octo; continuata ſingula.

Veſpere. Reſpiratio minus difficilis, dolor pectoris minutus; cutis paululum humida; ſputa ſanguine tincta, pulſus fere molles. Caput minus doluit. Suſurrus aurium, oculorumque fulgor diſparuere. Nulla deliria; ſitis ingens; cetera eadem.

Die 12ma. Nox magis quieta; ſomnus aliquis. Cetera eadem. Continuetur in omnibus.

Veſpere. Symptomata paulo graviora.

Die 13tia. Dolor pectoris pungens cum reſpiratione difficili fere penitus evanuit; evanuit cephalalgia, ſuſurrus aurium, ſitis. Facies pallida, detumuit; ſenſus quaſi ponderis pectori incumbentis remanſit. Lingua humida. Facies, pectus, abdomen, ceteræque corporis partes maduerunt levi calore. Tuſſis minus moleſta, rara, humida; ſputa ſtriis ſanguineis remixta. Pulſus molles, parum frequentes. Alvus obſtructa clysmate ſollicitata. Cetera, uti medicamina, eadem.

Veſpere. Eadem. Alvus ter ſponte aperta.

Die 14ta. Nox inquieta. Reſpiratio difficilis, pectoris oppreſſio. Tuſſis moleſta, dolor capitis, adpetitus nullus; ſputa tenuia, absque ſtriis ſanguineis. Pulſus molles, atque frequentes. Cetera eadem: Præscripſimus.

℞. Gi. arabic. unc. dimidiam.

Solve in

Aquæ fontan. unc. ſex.

adde

Syrup. Diacodii. unc. unam.

M. D.

S. Capiat quavis hora cochlear unum.

℞. Liniment. volatil. unc. duas.

D.

S. Pectori frictione inungatur ad locum adfectum.

Præterea vapores tepidos infuſi flor. ſambuc. ore adſumat.

Diæta plena. Regimen modice calidum; potus iidem.

Vespere. Liberior respiratio, ac tussis rarior, minus molesta, cephalalgia, sitisque minor; gravitas vero pectoris, anorexia continua. Cutis mador, pulsus molles, debiles, frequentes. Mixturæ antea præscriptæ laudan. liquid. Sydenhami scrupulus unus additus. Reliqua eadem.

Die 15ta. Nox quieta, interdum insomniis turbata. Alvus ter mota. Cetera, uti ordinatio, eadem.

Vespere. Exacerbatio nulla, omnibus scilicet in eodem statu, ac mane, versantibus.

Die 16ta. Respiratio liberior, tussis, capitisque dolor decrevere. Oppressio pectoris continua. Alvus obstructa. Sputa crassa, quæ vocant, cocta, puriformia striis sanguinei remixta. Pulsus frequentes, molles atque debiles. Mentis stupor.

Injiciatur clysma emolliens; prætereaque habeat medicamen:

℞. Sulph. aurat. antimonii gran. dimidium.
Camphor. gran. duo.
Sacchar. alb. gran. decem.
M. F.
Pulv. pro dosi. dent. tales dos. duodecim.
S. Sumat omni trihorio dosin unam.

Vespere. Respiratio libera. Dolor capitis, pectorisque oppressio fere evanida. Alvus sponte aperta. Tussis rara, sputa crassa. Pulsus molles, magis fortes, fere tardi, ut in statu sano. Pergat in usu medicamentorum.

Die 17ma ad 20mam. Omnia sensim remisere symptomata ac penitus cessavere. Nec ullus restitit capitis dolor; nec pectoris ulla amplius

oppressio. Tussis valde rara, sputis, sic dictis, coctis levata. Pulsus et reliquæ functiones in statu sano. Cutis mador. Conquestus æger solummodo de artuum lassitudine. Exhibuimus:

℞. Sulph. aurat. antimon. gran. dimidium.
Extract. hyosciam. gran. unum.
Sacchar. alb. gran. duodecim.
M. F.
Pulv. pro dosi. dent. tal. dos. duodecim.
S. Capiat omni bihorio dosin unam.

Pro potu habeat Decoct. lichen. islandici; Diæta sit portio quadrans. Cetera eadem.

Die 21ma. Nulla amplius symptomata. Adpetitus redux, respiratio omnino libera; calor nullus, cutis mador; omnes functiones integræ. Medicamina, Diæta eadem.

Die 22da. Eadem. Sepositis medicaminibus et portionem dimidiam et, præter Decoct. lichem islandici, mensuram vini generosi quadrantem exhibuimus.

Die 23tia. Eadem.

Die 24ta Aprilis sanatus tandem, ac justo maturius nobis invitis Nosodochio exiit, suadentibus promittens, domi per aliquod adhucdum tempus se suæ sanitati consulturum.

C. *Schmitt.*

Peripneumonia sthenica.

Josephus Gehlinger Molsheimensis ex Alsatia, tornator 33 annos natus, corpore valido, toroso, nullius inde ab anno ætatis 15to morbi memor, (antehac continuo valetudine adversa ipsi

conflictandum fuit) die 9na Aprilis, ſine ulla, quam accuſare poſſit, cauſa, magis quodam ſanitatis turbatæ ſenſu, quam ſymptomatibus palam incedentibus, queis verus morbus pateat, correptus, hisce rebus ſic conſtitutis, munere ſueto ad 14tam hujus menſis diem perfungitur. Hac autem ipſa primum illucescente, relicta urbe noſtra, Markbreitam, diſtans a nobis 5 horas oppidulum, petit, atque ibi copia vini recentis ingurgitata, redux inſuper eadem die, frigore, quod vehemens calor excepit, ſub veſperum adficitur, cum ſiti tam vehementi, ut extra lectum ſeſe nequeat tenere diutius. De nocte ſomnus nullus; inquietudo maxima; capitis dolor ſummus; poſtera vero luce melior prorſus conditio: immo ſolitum alias opus adgreditur, viribus vix permittentibus.

Aſt morbi breves induciæ. Etenim hora 4ta pomeridiana denuo horret magnum in modum; horrorem calor urens per totum corpus ſequitur; artuum laſſitudo et adgravatio; cephalalgia graviſſima; ſitis non explenda; tuſſis ſicca inſigniter debilitans; dolores in dextro thoracis latere punctorii, quavis inſpiratione cum difficultate peragenda aucti; ſenſus ponderis pectori incumbentis. Hoc rerum ſtatu tempus intermedium æger usque ad diem 17mam Aprilis tranſegit, qua in Noſocomium delatus præter jam memorata, hæc nobis prodit ſymptomata: nimirum, faciem totam tumidam, floride rubentem; oculos torvos velut furibundos; anxietatem ſatis magnam; decubitum in latere ſano prorſus non ferendum, et thorace abdomen verſus adtracto tantum poſſibilem; halitum ferventem, linguam impuram, muco tectam flavescente, atque ſic-

cam; pulſum fere ſubdurum, modice frequentem. His igitur ſymptomatibus et potentiis ab ægro admiſſis inducti, morbo pro peripneumonia ſthenica declarato, præscripſimus:

℞. Nitr. depurat drachm. unam.
Solve in
Decoct. Hordei. unc. octo
adde
Oxymell. ſimpl. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochl. unum.

℞. Oxymell. ſimpl. unc. quatuor.
S. Quas decocto ordinario pro potu diluat.

Diæta ſit tenuis, regimen modice calidum.

Circa horam 4tam et dimidiam veſpertinam ægrum inviſens reſpirationem paulo liberiorem invenio; tuſſicula ſæpius invadit; pulſus mollior, non ita frequens. Cetera eadem. Continuentur medicamina.

Die 18va. Nox inquieta; ſomnus nullus; caput valde occupatum graviter dolet; tinniunt aures; oculi ſcintillant. Cetera eadem.

Medicamina, uti Diæta, eadem.

Sub Veſperum exacerbatio febris nulla obſervatur. Alvum æger per diem bis ſepoſuit, magno cum levamine; urina flammea; reliqua eadem. Continuentur cuncta.

Die 19na. Nox inſomnis quidem, ſed minus inquieta; ſudor largus per totum corpus provenit, dolores punctorii paulisper remittunt, uti etiam tuſſis; lingua humida; pulſus mollis.

Medicamina, ut cetera, eadem.

Veſpere. Idem, ac heri, ſtatus.

Die 20ma. Nox omnino tranquillior; trium horarum ſomnus; unde æger ſe in alterum latus per ſomnum verſurus, dolore punctorio vehementiori ipſo corporis motu reddito, expergefactus, ſudorem univerſalem experitur egregie levantem. Cetera eadem.

Medicamina, uti reliqua, eadem.

Die 21ma. Aeger pacate dormivit. Dolores punctorii rariores; cephalalgia et capitis occupatio ceſſant. Sputa ſtriis ſanguineis mixta, ſed parcius, prodeunt. Pulſus fortior, tardior. Cetera eadem. Mixtura ſeponatur. In reliquis continuetur.

Die 22da. Prægreſſa nocte ſomnus nullus; calor vehemens; ſudor largus; interdum dolor lateris punctorius inſpiratione profundius inſtituta redit. Aeger in quovis latere pro lubitu decumbit. Pulſus paulo frequentior. Sputa adhucdum retinentur. Ordinavimus:

℞. Sulph. aurat. antim. gran. dimidium.
Extract. hyosciam. gran. unum.
Sacch. albi ſcrup. unum.
M.
F. Pulv. pro doſi, et dent. tal. doſes Nro ſex.
S. Capiat ter de die doſin unam.

Pro potu habeat Decoct. lichen. islandici.

Die 23tia. Idem morbi ſtatus. Medicamina eadem.

Die 24ta. Aeger optime dormivit: ſputa bona prodeunt; omnes functiones integræ; omnia morbi veſtigia abſunt.

Continuato inde per reliquos dies, quibus in Noſocomio remanſit æger, medicamine ſupra præscripto et uſu lichenis islandici; cumque ad-

petitus esse optimus inceperit, indulta portione prima factum est, ut intra exiguum tempus viribus receptis et robore pristino, uti ipse confitebatur, adquisito, die 27ma Aprilis dimitti potuerit.

Thomas A. Ruland.

Peripneumonia nervosa.

Elisabetham Weber Nordheimensem, 30 annos natam, inter parentum indigorum miseram sortem educatam, statim a juventute plurima incommoda adflixerant, ideoque nunquam fausta valetudine viguerat corpus gracile, minime firmum, atque laxa fibrarum compage præditum. Omittendo varias, præcipue rheumatici generis, adfectiones, quibus olim decubuit, propiorem præsenti morbo peripneumoniam veram, qua duobus abhinc annis deprehensa fuit, recensere sufficiat. Venæsectionibus et methodo debilitante tractata cum evasisset, sanitatem sibi videbatur recuperasse. Ast non ita multo post accessit oppressio pectoris, ac tussicula maxime sicca: menstruatio legitima periodo amplius non successit, tandemque crevit calamitas eum in modum, ut die ultima Martii suo ancillæ muneri sustinendo impar lecto sese committeret, atque sequenti die 1ma Aprilis medici auxilium implorare in Nosocomio juliæo decerneret.

In recepta invenimus cephalalgiam gravem, præcipue supra orbitas ad instar ponderis incumbentis; oculos turbidos ac in cavum suum veluti reductos; genas floride rubentes, ceteram faciem pallidiorem. Adfuere tinnitus aurium, ver-

tigo, cum ſeſe conaretur erigere; calor ſat magnus cum ſiti vehementi; nullus ciborum adpetitus; dolor in ſiniſtra thoracis parte pungens, quavis inſpiratione cum difficultate peracta auctus; tuſſicula ſicca plerumque, ac ægram magnopere fatigans; ſi vero ſputa prodirent, tenacia, ſubflava et acinis, ut in ægris phtiſi tuberculoſa adfectis accidit, fuere diſtincta. Sapor oris vappidus, lingua muco albo viscidoque tecta; totius corporis laſſitudo; ſomnus tuſſi turbatus. Pulſus frequens, debilis, parvus. Præscripſimus:

℞. Gmi. arabic. unc. dimidiam.
Solve in
Aq. fontan. unc. ſex
adde
Laud. liquid. Sydh. gutt. quindecim.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochl. unum.

Diæta portio prima: pro potu ſit decoct. ordinarium.

Veſpere. Nulla mutatio præter pulſum paulo frequentiorem, quam horis matutinis fuerat inventus.

Die 2da. Nocte ſuperiori nullus omnino ſomnus. Cephalalgia paulisper remiſit; ægra tuſſi valde fatigata, dolores inſuper corporis vagos queritur. Sputa nulla ejecit. Alvi et urinæ excretio, qualis in ſtatu ſanitatis. Cetera eadem, uti et medicamina.

Veſpere. Nulla exacerbatio. Nocte ſequenti ſtatus fere idem morbi fuerat, ac prægreſſa, excepto, quod cephalalgia vehementior cum vertigine fuerit ſeſe erigere tentanti.

Die 3tia. Cephalalgia insigniter remisit; vertigo cessat, uti aurium quoque tinnitus; dolor pectoris punctorius sensim sensimque minuitur; tussicula sine sputis eadem. Cetera eodem modo pergunt. Pro potu ordinatur decoctum lichen. islandici. Ceterum medicamina hesterna continuantur.

Die 4ta ad 5tam. Eodem morbi statu eadem medicamina exhibentur.

Die 6ta. Nox antegressa nequaquam tranquilla. Respiratio difficilis admodum reddebatur tussicula frequentius adoriente magna cum vehementia. Pulsus parvus, debilis, sed multo, quam superioribus diebus, frequentior. Cetera eadem, uti et medicamina.

Vesperi cum ægram viderem, calor ingens, pulsus valde acceleratus, et reliqua symptomata graviora fuere. Nox vero tranquillior, præter tussim aliquoties accedentem, qua ægra nihil ejecit. Reliqua pectoris adfecti symptomata remisere, uti et febris. Continuatur in omnibus.

Die 7ma. Aegra sese omnino sanam sibi videri adserit, dummodo cesset tussis. Pulsus frequens, debilis ac, digito fortius premente, evanescens. Reliquæ pectoris adfectiones, sed levissimæ, perstant. Ordinatur præter mixturam et decoctum lich. islandici sequens:

℞. Sulph. aurat. antim. gran. dimidium.
Camphor. gran. duo.
Sacchar. albi. scrup. unum.
M. f. Pulv. dentur tales doses Nro. sex.
S. Singulo trihorio capiat dosin unam.

Die 8va. Omnia fuerunt meliora: optime ægra dormivit; adpetit magis, tussiculæ minui-

tur vehementia; ſputa prodeunt plura, ejusmodi, ac ſupra memoravimus. Pulſus ad ſtatum ſanum proxime accedunt. Nulla pectoris oppreſſio, nullus dolor, reſpiratio ſatis libera. Medicamina heſterna.

Die 9na. Status idem. Eadem medicamenta.

Die 10ma et 11ma. Eadem. Mixtura ſeponitur; continuatur in ceteris.

Die 12ma. Omnia ſymptomata ſilent: de nocte ægra quievit optime: functiones integræ omnes; pulſus, uti in ſtatu ſano. Medicamina heſterna.

Die 13tia. Quum igitur nulla amplius veſtigia morbi adparerent, ægraque, ut dimitteretur, ipſa peteret, hac die Noſocomio exceſſit. Ex illo tempore aliquoties mihi obviam interrogavi de ſua valetudine, interrogantique reſpondit, ſe omnino liberam ab iis eſſe adfectionibus, propter quas curam imploraverat; ut jure ſanata dici poſſit.

Th. A. Ruland.

Peripneumonia nervoſa.

Anna Seifert Heſſelbacenſis, 26 annos nata, debiliori corporis conſtitutione, hyſterica, ex 10mo jamjam ætatis anno ancillæ muneri addicta fauſtiori nunquam ſorte gaviſa eſt. Per annos 10 ancilla ruſtica difficillimos inter labores, victum cultumque pervilem, vitam degit omni ex parte miſeram. Sex abhinc annis eodem munere in urbe fungens meliorem vix eſt conditionem experta. Inde non mirum, ægrotam laudabili ceterum conſtitutione, ſanitatiſque integerrimæ ca-

paci in opportunitatem demum aſthenicam incidiſſe, quæ in poſterum indole ſic dicta hyſterica præcipue ſe exſeruit. Plurima inde exorta incommoda. Venæſectione atque purgantibus a barbitonſore commendatis levare illa conabatur, aſt tam malo cum ſucceſſu, ut in pejora de die in diem inciderit. Aeſtu nonnunquam fugaci cum horripilatione alternanti, atque laryngis conſtrictionibus, variisque adhuc aliis magis minusque moleſtis ſymptomatibus malo ſic dicto hyſterico convenientibus vexabatur, cibos mox adpetens, mox averſans, ac, ſiquos adſumſiſſet, cardiæ preſſionem fere ſemper animadvertens.

Nihilo tamen ſecius catameniorum fluxus anno ætatis 19no primum adparens, regularis ſemper permanſit, nec ullam unquam menſtruationis ſenſit difficultatem. Talis ejus per plures annos erat conditio, quin aliqua mali commutatio conſequeretur. Tribus vero ante menſibus, quum aliud ſubiiſſet ſervitium, ob malam tractationem, moerore continuo, terrore ac triſtitia multum exagitata, ſymptomatum omnium, et numero et vehementia auctorum incrementum percepit. Laſſitudinem ſenſit artuum, inertiam, adpetitum proſtratum, ſaporem oris depravatum, reſpirandi nonnunquam difficultatem, alvi ſegnitiem tantam, ut per plures ſæpe dies non ſit aperta, capitisque imprimis occupationem. Hic erat morbi ſtatus, quum ſervitium hoc perquam difficile alio mutaret, ubi conditionem quidem experiebatur meliorem, laboribus tamen interdum difficillimis ad multam usque noctem detenta. Hinc factum eſt, ut, quum die 26ta h. m. cuppa dorſo inhærenti aquam geſtaret, atque venti inſimul frigidi flatibus expoſita eſſet,

in animi deliquium inciderit. Inde refecta paulo post respirandi difficultatem, pectorisque dolorem punctorium perferre coacta fuit.

Vespere horripilatione, quam æstus insignis excepit, correpta; dolor pectoris pungens adauctus; tussis frequens cum sputis sanguine florido tinctis. Nox insecuta valde inquieta; somnus nullus, dolor pectoris vehemens punctorius cum tussi frequente. Symptomatibus hisce mane adhuc perdurantibus vomituritio ac vomitus ipse accesserunt, ita, ut intra 4 horarum spatium sexies multum materiei pituitosæ ac biliosæ evomuerit. Nulla exin euphoria, nulla symptomatum omnium levatio; vomitus circa meridiem cessavit, sed Diarrhoea aquosa eum excepit, quo eadem adhuc die alvum decies deposuit. Rebus ita se habentibus consilio medici cujusdam, qui morbum pro peripneumonia sthenica declaravit, commota vespere diei 27mæ in Nosocomium deportabatur. Summam invenimus virium prostrationem, capitis dolorem, stuporem, susurrum aurium, soporem, magnam oculorum sensibilitatem, ita, ut lucem perferre vix potuerit. Porro adfuere dolor pectoris pungens, oppressio, respiratio admodum difficilis, brevis, anxia; tussis sat frequens, inspiratione quacunque profundiori increscens, dolorifica, quam sputa cruenta concomitabantur; cardiæ pressio, oris amaror, adpetitus nullus, præterquam acidorum, sitis non explenda; Diarrhoea adhuc continua; æstus universalis, mordax, siccusque: lassitudo artus præcipue occupans, quibus ægra movendis vix par erat. Decubitus in dorso continuus; pulsus frequentes, parvi, exiles. Facies tumida, genæ rubræ flavo colore cinctæ; oculi tristes, flavescentes,

Vitæ ratione, caufis prægreffis fymptomatibusque præfentibus confideratis, morbum effe peripneumoniam nervofam neutiquam dubitavimus. Hinc.

℞. Pulv. rad. Valerian. unc. dimidiam.
infunde
Aquæ fervent. unc. octo.
Cola. Colatur adde
Liq. anod. min. Hoffm. drach. unam.
Tinct. thebaic. drach. dimidiam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Omni hora capiat cochlear unum.

Pro Diæta fint juscula carnis cum ovo parata; potus vinum aqua dilutum.

Nox parum tranquilla, fomnus nullus, jactitationes artuum, refpiratio difficilis, brevis, anxia, laboriosa, deliria blanda. Cetera eadem.

Die 28. Symptomatum omnium mane exigua levatio; caput minus occupatum, nec Diarrhoea, nec deliria remanfere; refpiratio liberior, calor, fitis, pectorisque dolor valde imminuta, ceteris perftantibus. Ordinatio eadem.

Vefpere. Exacerbatio levis; refpiratio tantum paulo difficilior.

Die 29na. Nox tranquilla; fomnus plurium horarum quietus. Deliria nulla, caput liberum; refpiratio levior, nulla oppreffio, neque pectoris anxietas; pungens modo pectoris dolor, infpirationem profundiorem impediens. Tuffis modica cum fputis viscidis ex albo flavescentibus. Pulfus tardi, aft debiles. Nulla amplius cardiæ preffio, adpetitus ciborum aliquis, Diarrhoea nulla, calor imminutus.

Continuentur medicamina.

Vefpere. Omnia eadem. Exacerbatio nulla.

Die 30ma. Eadem. Ob dolorem pectoris pungentem fixum ponebatur veficans ad partem adfectam.

Medicamina eadem: Diæta portio quadrans: pro potu vinum aqua dilutum.

Die 1ma Maji. Dolor pectoris nullus; caput parum modo occupatum; fymptomata morbofa præter univerfalem debilitatem omnino jam evanuere. Pulfus tardi ac debiles. Ordinavimus:

℞. Cort. peruvian. drach. fex.
Coq. cum Aquæ fontan. libra una, ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur. adde
Liq. anod. min. Hoffm. fcrp. duos.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat quovis bihorio cochlearia duo majora.

Methodo hac roboranti hucusque continuata corporis vires fenfim fenfimque increvere. Cephalalgia nulla; refpiratio omnino libera ac fana, nullus amplius pectoris dolor, major ciborum adpetentia; nec horror, nec æftus recruduere. Pulfus tardi, fere fortes. Itaque ex omni parte fanatam ac fuos revifere cupientem die 8va Maji dimifimus.

Heller.

Rheumatismus asthenicus.

Margaretha Majer, Schwarzacensis 28 annos nata, corpore sat robusto, a prima ætate faustissima, præter morbos infantiles, valetudine usa est. Ob rerum inopiam 16tum annum agens munus ancillare subire coacta, multis durisque laboribus obnoxia ante sex annos fere doloribus rheumaticis urgeri coepit. Paulo post remediis aptis dolores modo memorati cessere. Die 18va Aprilis 1799 tempestati frigidæ humidæque exposita horripilatione cum calore alternante doloribusque artuum lancinantibus correpta est. Quod malum per tres dies naturæ commissum non solum non imminuebatur, sed multo potius augebatur. Nescia, quo se verteret, die 22da Aprilis in Nosocomium confugit, ibidemque est recepta.

Invenimus jam dolores artuum lancinantes. Dolor pectoris lateris dextri punctorius, ad scapulas ascendens, tussis sicca, molesta, susurrus aurium, cephalalgia, adpetitus prostratus, lingua arida, sitis, lassitudo, tumorque pedum ab adtactu magis dolentium. Fauces, tonsillæ, glandulæque maxillares paulisper tumentes doluere cum deglutitione quodammodo impedita. Facies rubra, tumida, oculi fulgentes. Sudor viscidus ex acido foetens; somnus nullus. Pulsus frequentes, atque debiles. Ordinabatur:

℞. Aquæ flor. sambuc. unc. sex.
Spiritus Minderer. unc. unam cum dimidia.
Vin. antimoniat. Huxh. drach. unam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochlear unum.

Diæta plena vino parata. Pro potu ſit Decoct. ordinarium; Regimen modice calidum.

Die 23tia. Symptomata eadem. Continuetur in omnibus.

Die 24ta. Somnus inſomniis interruptus. Dolores artuum lancinantes, ſcapularumque aucti. Tumor pedum quidem diſparuit, dolores vero continuavere. Manus dextra tumida, dolens, ita, ut nec moveri, nec flecti, nec extendi poſſet. Dolores capitis, ſuſurrus aurium continui. Calor; calorem ſine ullo levamine, viscidus ſudor inſecutus. Pulſus debiliores. Cetera eadem. Exhibuimus:

℞. Sulph. aurat. antimon. gran. dimidium.
Camphor. gran. tria.
Sacchar. albi gran. decem.
M. F.
Pulv. pro doſi. dent. tal. doſes duodecim.
S. Sumat omni bihorio doſin unam.

Potus idem, ut et Diæta.

Die 25ta. Nox inſomnis. Dolores manus dextræ ſcapularumque vehementiſſimi. Pedes nec tumidi, nec dolentes. Dolor capitis, dentium; aurium ſuſurrus vix ferendus. Tuſſis moleſtior. Reliqua eadem. Præter remedia jam præscripta veſpere ordinavimus Laud. liquid. Sydenh. guttas decem.

Die 26ta. Nox quieta. Dolores aurium, dentiumque evanidi, uti et tumor faucium, tonſillarum, glandularumque maxillarium. Deglutitio expedita; adpetitus, ſitis magna. Tuſſis minus moleſta. Reliqua, uti ordinatio, eadem.

Die 27ma. Nox inquieta. Tumor, pedumque dolores rediere ad femur procedentes. Com-

paruit rursus dolor aurium, dentiumque. Dolor pectoris punctorius, tussisque minuta. Calor intensior. Nullus sudor, sitis ingens. Pulsus frequentes, fortes, ac alvus obstructa. Cetera eadem.

Laud. liquido Sydenhami seposito præscripsimus:

℞. Sulph. aurat. antimon. gran. dimidiam.
Camphor. gran. duo.
Sacchar. alb. gran. decem.
M. F.
Pulv. pro dos. dent. tal. dos. duodecim.
S. Omni trihorio capiat dosin unam.

Injiciatur clysma emolliens. Diæta eadem, potus idem.

Vespere *). Alvus aperta. Pedes, manusque dextra neque tumida, neque dolorifica. Doluit autem genu sinistrum, ut et manus sinistra. Reliqua symptomata, uti mane.

Die 28va. Omnia eadem, ac vespere hesterno. Continuet in medicaminibus.

Die 29na. Aegrota per aliquas horas dormivit. Calor et pulsus, uti in statu sano. Pes dexter, manusque dextra nunc dolorifica, absque ullo pedis sinistri manusque sinistræ dolore. Lingua humida; cutis mador, sitis minuta; adpetitus aliquis. Dolor pectoris punctorius, capitisque gravativus decrevit. Tussis humida,

*) Nusquam antea sermonem feci, qualis ægræ sub Vesperum fuerit conditio, propterea, quod eadem, ac mane fuit.

minus molesta. Deglutitio iterum impedita. Dolores scapularum non intermissi. Ordinatio eadem.

Die 30ma. Omnia symptomata sensim sensimque mitigata. Medicamina eadem.

Diæta portio quadrans. Præter Decoct. ordinarium sumat pro potu mensuram vini generosi quadrantem.

Die 1ma Maji. Nox quieta. Nec manuum ullus, nec pedum dolor. Doluit tantum genu dextrum, doluere continuatis vicibus scapulæ. Dolor pectoris punctorius fere nullus, tussis minus molesta. Calor et pulsus, uti in statu sano. Alvus quinquies deposita sumtis decem Laud. liquidi Sydenhami guttis obstructa. Medicamina et Diæta eadem.

Die 2da. Nox quieta; dolor pectoris punctorius, tussisque molesta disparuere. Nec caput, nec aures, nec dentes amplius doluere. Deglutitio expedita. Cetera eadem. Continuentur medicamina.

Die 3tia. Nox inquieta, insomniis interrupta. Omnes dolores evanuere, manus solummodo sinistræ aliqui remanserunt. Adpetitus ac sitis uti in statu sano. Alvus quater deposita. Reliqua eadem. Ordinabatur:

℞. Camphor. optim. gran. duo.
Sacchar. albi. gran. decem.
M. F.
Pulv. pro dosi. dent. tal. doses duodecim.
S. Omni trihorio sumat dosin unam.

℞. Rad. ipecacuanh. gran. quadrans.
Opii puriss. gran. dimidium.

Sacchar. alb. gran. decem.

M. F.

Pulv. pro dosi. dent. tal. doses quatuor.

S. Vespere sumat dosin unam.

Potus et Diæta eadem.

Die 4ta. Somnus insomniis turbatus. Manus dextra paulisper dolorifica. Continuavere scapularum dolores. Excretio alvi, uti et reliquæ functiones integræ. Ordinatio eadem.

Die 5ta. Nil, præter lassitudinem, doloresque scapularum fixos accusavit. Cetera. eadem.

Die 6ta et 7ma. Eadem. Ordinabatur:

℞. Extract. amar. drach. duas.

Solve in

Aquæ fontan. unc. septem.

adde

Liq. anod. min. Hoffm. scrup. unum.

Mell. optim. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni bihorio cochlear magnum. Continuantur pulveres ex Camph. et pulveres Dower.

Die 8va. Eadem omnia.

Die 9na. Dolores manus sinistræ evanuere, dextræ vero recruduerunt. Reliqua, uti medicamina eadem.

Die 10ma. Eadem.

Die 11ma. Manus sinistra dolore immunis, dextræ autem tantus fuit, quantum antea nunquam ægra experta est. Somnus inde nullus. Aegrota et dolores abdominis questa. Cetera eadem. Medicamina eadem ita tamen, ut loco duarum drachmarum extracti amari una tantum relinqueretur.

Fixis porro ſcapularum doloribus, ordinavimus veſicans adplicandum, et Pulveres camphoratos et *Doweri* omiſimus.

A Die 12ma ad 14tam. Symptomata eadem. Eadem medicamina.

Die 15ta. Nox quieta. Cetera, uti medicamina, eadem.

Die 16ta. Omnia ſymptomata ſenſim decrevere. Menſibus fluentibus, ut omni tantum trihorio cochlear præscriptæ mixtionis unum caperet, præcepimus.

Die 27ma. Omnes functiones in ſtatu ſano.

Die 18va. Quum aeri libero ægrota ſeſe heri expoſuiſſet, dolores abdominis lancinantes cum Diarrhoea aquoſa rediere. Guttis Laud. liquidi Sydenhami decem ſumtis hæc ſymptomata ceſſarunt. Sic medicaminibus roborantibus, victuque nutriente per reliquos dies continuatis, quum omnes functiones ſanas eſſe et integras obſervaviſſemus, ægram omnino reſtitutam die 27ma Maji dimiſimus.

C. Schmitt.

Febris intermittens tertiana.

Barbara Markart 19 annorum, ex pago Weyer, munus agens ancillare, multis licet obruta eſſet laboribus, nunquam tamen non uſa eſt ſanitate incolumi. Morbos cum ſine ulla noxa ſuſtinuiſſet infantiles, apud parentes ſorte mediocri præditos vitam ſatis tranquillam degens corporis toroſitatem atque robur adquiſiverat. Superiori autem hieme, ſervitio jam dicata, frigoris vim et quasvis tempeſtatis injurias perpeti coacta,

valetudine alias faustissima destitui coepit. Cessant enim menstrua; superveniunt dolores in variis corporis partibus vagi; mox præsentes, si forte aut frigidam ad fontem petitura, aut ventis perflantibus exposita sibi minus cavisset; mox iterum evanidi, calefacto scilicet corpore vel grato lectorum, vel cubilium leni calore. His autem per vices alternantibus potentiis non potuit non fieri, ut opportunitas in morbos quosque asthenicos diebus singulis crescens in verum morbum transiret, accedente potentia debilitante nova.

Quare factum est, ut, cum proxime elapso mense, Moenus vicinam urbis nostræ partem inundasset, atque cella vinaria heri ejus aquam admisisset, ac ægram, posthac undis relapsis, opus aquæ hauriendæ valdopere fatigasset et humectasset, post ingestam insuper carnem pinguem haud calefactam subito corriperetur frigore cum æstu insequenti per duas fere horas perdurante, quem sudor multus excipiebat. Finito paroxysmo restant per totam diem 29nam Martii et noctem insecutam capitis dolor, tinnitus aurium, animi dejectio, lassitudo artuum, adpetitus nullus. Quæ vero nequaquam magni faciens, opere sueto fungitur, quantum pro virium modulo valet. Interim symptomata recensita paulisper remittunt, ita quidem, ut altera die libera, vehementius altera ingruant. Atque hæc nobis ægra referre tantum potest, variarum morbi sui mutationum immemor, aut potius iisdem exponendis impar. Hoc igitur rerum statu reliquum tempus ad 4tam diem Aprilis transegit, qua in Nosocomio recepta medico adsistenti sequentia exhibuit symptomata: Cephalalgiam gravem, aurium susurrum, linguæ sorditiem, sitim magnam,

pulſum parvum, debilem, frequentem, ita plane omnia, ut morbus formam febris nervoſæ ſimularet. Præscribitur:

℞. Pulv. rad. Valerian. drach. tres.
infunde
Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. Colatur. adde
Liq. an. miner. Hoffm. ſcrup. duos.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochl. unum.

Habeat Diætam tenuem et pro potu decoctum ordinarium. De nocte nequaquam dormit; caput valde occupatum: ſuſurrus aurium; ceteræ functiones integræ.

Die 5ta Aprilis. Circa horam 3tiam matutinam paroxysmus redit vehemens, ad horam ſecundam pomeridianam ſudore univerſali finitus.

Continuantur medicamina. Diæta die febrili tenuis, et pro potu decoctum ordinarium.

Die 6ta. Apyrexia. Accuſat ægra laſſitudinem corporis inſignem; cardiæ preſſionem; pulſus parvus, debilis.

Eadem medicamina, Diæta: portio quadrans.

Die 7ma. Circa horam primam matutinam paroxysmus, quem nos obſervaverimus, alter accedit, priori totus quantus ſimilis; præscripſimus:

℞. Pulv. cort. Chinæ regiæ ſcrup. duos.
— — Cinamom. gran. ſex.
M.
F. Pulv. pro doſi: diſpenſ, tales doſes octo.
S. Omni bihorio capiat doſin unam.

Cetera, uti antehac.

Die 8va. Apyrexia. Aegra non adpetit; saporem oris accusat singularem, fere metallicum, odoremque spargit, qualis esse solet mercurio utentibus. Pulsus parvus, debilis. Cetera eadem, medicamina hesterna. Diæta quadrans.

Die 9na. Hora decima vespertina corripitur horripilatione: lassitudo ingens; dolor capitis magnus; sensus tractionis per totum dorsum luculentior, quam reliquis diebus; his prægressis calor accedit fere immodicus, ut ægra summum fuisse per totum morbi decursum dicat. Sudor largus, post hunc hora 5ta matutina diei 10mæ somnus valde recreans. Cetera eadem. Continuetur in omnibus.

Die 10ma. Eadem, uti superioribus diebus apyreticis. Medicamina eadem.

Die 11ma. Paroxysmus accedit hora duodecima meridiana, durans usque ad horam quartam: jam vero calore finito frigus de novo adgreditur, ast longe remissius atque breve: hoc etiam evanido calor continuat ad horam vespertinam 9nam.

Die 12ma. Nox omnibus ceteris melior: somnus tranquillus; nihil, præter lassitudinem, ægra accusat. Pulsus parvus, debilis, frequens. Cetera eadem. Continuetur in medicaminibus: diæta quadrans, scilicet die apyretica.

Die 13tia. Accessio nulla. Omnia eadem. Medicamina et Diæta hesterna.

Die 14ta. Eadem. Aegra præterlapsa nocte placide quievit; omnes functiones integræ. Medicamenta eadem.

His et sequentibus diebus continuatis remediis, portione dimidia et vino concessis ægra mox recuperatis viribus, menstruatione etiam die

16ta rite ingreſſa, cum ſe bene valere, nobis adſereret, die 20ma Aprilis Noſocomio exceſſit.

Th. A. Ruland.

Febris intermittens tertiana.

Michael Heilmann Haſsfurtenſis 17 annos natus, coriarius. Corpore firmo ac robuſto præditus, ſanitate nullo unquam morbo perturbata gaudebat. Nullius cauſæ memor, niſi ejus vitæ genus ſpectes, in coriarii enim officina laborans aquæ frigidæ ac aeris liberioris viciſſitudini obnoxius, ſæpe tantum carnes pingues ingeſſit. Ante 14 dies tempore pomeridiano correptus horrore totius corporis ac frigore alternanti poſt duas horas intenſo cum calore ac ſiti, poſtmodo multum ſudavit. Ad veſperam acceſſit ſapor oris amarus, nauſea ac debilitas univerſalis, ita, ut coenam recuſaret. Hoc rerum ſtatu purgans atque emeticum a medico quodam ordinatum devoravit, magna utrinque evacuatione. Quum tamen paroxysmus idem quavis tertia die, una libera ſcilicet relicta, quamvis absque horarum ordine, mox anticipans, mox poſtponens ad ſeptimam rediiſſet vicem, 19na Aprilis in Noſocomium confugit, eadem receptus.

Præter laſſitudinem atque debilitatem æger nihil accuſat; efflorescentia labiorum, et circa alas narium: lingua humida, neque tamen adpetitus ullus, neque ſitis; pulſus parvi, parum frequentes: abdomen nec tumidum, nec tenſum. Ceteræ functiones integræ. Hinc ad febrim ſubigendam:

℞. Rad. gentian. rubr. ſcrup. duos.
— tormentill. ſcrup. unum.
M. F.
Pulv. pro doſi: dent. tal. doſ. duodecim.
S. Capiat omni bihorio doſin unam.

Habeat Diætam tenuem: diebus apyreticis portionem quadrantem. Potus ſit ex Decoct. ordinario.

Die 20ma. Paroxysmus duabus horis anticipans inchoavit duodecima nocturna; poſt tres quadrantes calor cum ſudore univerſali intravit ad 10mam horam matutinam magnam inter ſitim continuans. Cetera, et medicamina eadem.

Die 21ma. Apyrexia. Aeger præter laſſitudinem, nihil incommodi ſenſit. Omnia et medicamina eadem.

Die 22da. Paroxysmus denuo duabus horis anticipat a 10ma veſpertina incipiens, iisdem ſtipatus ſymptomatibus, eodemque decurſu. Reliqua, et medicamina eadem.

Die 23tia. Apyrexia. Cetera, atque die 21ma, eadem. Continuetur in omnibus.

A Die 24ta usque ad 27mam febris eodem tenore continuavit, excepto, quod duabus ſemper horis anticiparet. Ordinabatur 27ma:

℞. Alcohol. chin. regiæ. ſcrup. duos.
D.
S. Omni bihorio ſumat doſin unam.
Cetera eadem.

Die 28va. Paroxysmus, uti adhuc, duabus horis anticipans cum frigore moderato per quadrantem tantum horæ inſtitit, ſequente calore valde exiguo, uti et ſudore. Eadem ordinatio.

Die 29na. Apyrexia. Cetera eadem.

Die 30ma. Paroxysmus nullus; aſt debilitas et laſſitudo magna; omnes de cetero functiones integræ. Hinc præter chinæ regiæ continuationem ſequens:

℞. Vin. amar. unc. ſex.

D.

S. Ante prandium coenamque capiat vasculum dimidium.

Ab hoc tempore inſultus febriles nulli rediere; et, quum horum medicaminum uſu et laſſitudo diſſipata eſſet, Diætaque lautiori vino generoſo vires æger recepiſſet, die 7ma Maji omnino ſanus ex Noſocomio eſt dimiſſus.

Weigand.

MAJUS.

Ingrata, ventosa, ad horam matutinam octavam serena, ceterum nubeculosa dies prima fuit; 2da mane nebulosa, de reliquo coelum nubibus tectum, calidum tamen, parumque ventosum tulit. Dies 3tia cum 4ta pluviosa. A 5ta ad 9nam usque mane nebulosa, de cetero amoena tempestas ac calida; sub vesperum diei 8væ et 9næ tonitrua cum pluviis. Tempus ab 11ma ad 14tam nubeculosum, minusque calidum, quippe quum 10ma pluviæ cecidissent, increbuissentque venti. Passim dein ex 14ta ad 20mam usque calidam et vespertinis tonitrubus imbribusque stipatam, venti, pluviæ, ingratusque aer ad 26tam calentem ac amoenam incessere, præterquam, quod 21ma ceteris paulo fuerit calidior. Inde a 27ma ventosa pluviisque horrida per mensis, quod restabat, spatium, amoenum calidum atque serenum perstitit coelum, et, nisi vespere diei 30mæ tonitrua ac pluviæ non acciderunt, quæ et 31ma absque tonitru rediere.

Hoc mense nullos notatu dignos observavi morbos. Pleuritides ac peripneumoniæ, sthenicæ indolis, hucusque observatæ sensim tam in Nosodochio nostro, quam in urbe ipsa evanuere. Adfectiones catarrhales, coryzæ, anginæ, ophthalmiæ, rheumatismi plerumque animadversi; neque tamen quidquam singulare occurrit et no-

tabile, quod commemorem. Potibus copiosis tepidis, regimine modice calido, remediis leniter excitantibus, sic dictis diaphoreticis diversimode adhibitis, uti vino antimoniato Huxh. spiritu Minderer. Sale ammoniaco, infuso flor. sambuc. Roob sambuc. porro gargarysmatum ex speciebus, quas vocant, emollientibus paratorum usu et Linimento volatili externe ad collum frictione adplicato brevi dissipabantur. Eidem tractandi methodo et Diarrhoeæ frequentius in urbe observatæ facile cesserunt. In pertinaciori autem casu opium egregios edidit effectus parva, partitaque dosi exhibitum vel ore adsumtum, vel clysmate injectum.

Febres intermittentes, quæ occurrere, partim china regia, partim cortice Angusturæ profligavi. Et, quum ad eas depellendas, ut ex binis historiis patet, eadem dosis requireretur, ac si communem corticem peruvianum administrassem, neque cortex chinæ regiæ, neque Angusturæ, per consequens communi prævalere cortici videtur. Laudavere quidem alii corticem Angusturæ, tanquam remedium, quod brevi sat tempore ac parca dosi febrim depellat intermittentem. Ast ejusmodi emolumenta nostro nobis experimento non contigit prolicere.

Inter omnia adtentione nostra dignum fuit erysipelas, quod febri nervosæ accessit, jure igitur erysipelas nervosum, seu asthenicum adpellandum, ex quo Aegrota *Dorothea Kaltwasser* decubuit. Morbus hic cum alio haud complicatus, aut potius sueto suo charactere aut natura non immutatus, brevi tempore solvendus, in ægra nostra ob characterem nervosum brevi exitialis. Aegra ante annum ob asciten ex febri intermit-

tente neglecta ortum, uti annales noſtri refe- runt, in Noſocomio jamjam verſata, et ab hoc malo liberata dimiſſa iterum eſt. Aſt, quum per hiemem hujus anni ſumme frigidam laboribus gravibus inter vilem victum, interque refrigeria, moerores ac iras miſerrimam traxerit vitam, doloribus, ut ajunt, arthriticis, cephalalgia aliisque ſæpius incommodis vexabatur, nullis ascitæ indiciis recrudescentibus. His licet ita conſtitutis, laboribus tamen agreſtibus ſemper ſuccubuit, usque dum ſub fine Aprilis artuum dedolatione, viriumque proſtratione ac febre, ut ait, ſubito corriperetur. Deerat inſimul ciborum adpetitus, ſomnus, animique alacritas; quibus acceſſere capitis dolores, vertigo, musculorum tremores, reſpiratio anxia, tuſſicula, cordis palpitationes, animi deliquia. Hoc triſte ob fatum omnibus ægrotantis emolumentis medicique auxilio defecta iterum ad Noſodochium noſtrum confugere decrevit, idem, quod ante annum invenerat, auxilium denuo quæſitura. Itaque 2da Maji descendit ad Moeni littora ab Oppido Halsheim, ubi degebat, duo milliaria diſtantia, navigioque urbem noſtram petituro ſeſe commiſit. Verum aegra, quum in itinere ventoſæ frigidæque tempeſtati, veſtitu levi cincta, fuiſſet expoſita, mox horripilatione cum calore alternanti invadebatur. Hisce ſuperveniebat rubor, tumor ac dolor utriusque crurum lateris; laſſitudo ingens, lipothymia, cephalæa, ſitis et ſimilia, malum, ex quo antea laboravit, uti facile concipias, adaugentia. Hac igitur rerum conditione quum omni ope juſtoque regimine deſtituta iter per dies noctesque in navigio auræ injuriis omnino patenti proſecuta eſſet, tandem die 4ta Maji Noſocomium adtigit.

Invenimus crus ſiniſtrum ſuperius ac inferius eryſipelate adfectum, tumidum, ſplendens, ardensque, minus rubrum, quam, pro narratione, in itinere fuerit; Caput ſtupore occupatum, vertiginoſum; pulſum exilem, debilem, frequentem, reſpirationem celerem, pectoris oppreſſionem, cutim ſub adtactu frigidam, aridam; ægram vero triſtem ac cum lacrymis de miſeria ſua et dictis adfectionibus morboſis, præcipue de ingenti laſſitudine, doloribus per artus lancinantibus vagis ac febre conquerentem. Nulla ascitæ indicia exploratione adcurate inſtituta deteximus. Veſperi receptæ ordinabatur:

℞. Pulv. rad. Valerian. unc. dimidiam.
infunde
Aq. fervent. unc. octo.
Cola. Colatur adde
Spirit. Minderer. unc. unam cum dimidia.
Syrup. rub. idæi. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio duo cochlearia magna.

Nox fuit inſomnis.

Die 5ta. Invenimus præter jam adlata ſymptomata caput vertiginoſum, ſtupidum, aurium ſuſurrum, Lipothymiam frequentem, virium proſtrationem tantam, ut ægra erigere ſe non poſſet; faciem rubentem, tumidam, linguam aridam, rubram, pulſum tremulum, exilem, diarrhoeam aquoſam; ſitim, calorem totius corporis auctum, reſpirationem difficilem, anxiam; crus ſiniſtrum magis tumidum, pallide rubrum. Extremitates inferiores frigidas. Ordinavimus præter jam memoratam mixtionem:

℞. Pulv. gi. arabic. unc. dimidiam.
Solve in
Aq. fervid. unc. octo.
adde
Tinct. thebaic. gutt. viginti.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat alternatim cum mixtura hesterna quavis hora duo cochlearia magna.

Diæta sit tenuis cum vino; pro potu Decoct. ordinarium atque vinum aqua dilutum.

Post meridiem vero augebantur dicta phænomena; accessit delirium stupidum, ægra vix potus, vix medicamina deglutire valuit. Præscripsimus:

℞. Camphor. c. s. q. Mucilag. gi. arabic. trit. gran. quindecim.
Solve in
Infus. rad. Valerian. unc. octo.
adde
Mosch. optim. gran. sex.
Aether. Vitriol. scrup. duos.
Syrup. menth. unc. unam.
M. D.

S. Sumat omni hora cochl. magnum.

Suris duo adplicentur vesicatoria. Ast auctis continuo per noctem turbis, parum medicaminis et potus deglutire valens post horam primam matutinam diei sextæ e vita excessit.

Ad Vesperam ejusdem diei cadaveris instituentes sectionem sequentia reperimus:

1) Habitus externus nil notatu retulit dignum. Abdomen tantum tumidum, ast molle fuit. Ex ore propullulavit muci copia.

Aperto abdomine

2) Prodiit humor ex albo viridis, puriformis ſat copioſus, uncias circiter 36 ponderans, cui paſſim innatavere varia coagula filiformia ex flavo albescentia. Inteſtina omnia, præcipue vero tenuia rubedine quadam diverſæ magnitudinis, ac ſi inflammatio tenuiſſet, fuere maculata. Eadem hepatis conditio, ceterum nil morboſi referentis. Veſica fellea bile turgida. Splen major, quam ſueto more reperiri ſolet. Uterus valde rubens, uti in ſtatu inflammatorio. Poſt hæc

Thoracis cavitate reſerata

3) Pulmones, præcipue autem pulmo dexter, pleuræ tenaciter adcreti; dexter multis tuberculis ſcatebat, quorum alia dura, ſcirrhoſa, alia exulcerata, alia parvas retulere vomicas. Siniſter pulmo integer.

Aperto cranio

4) Vaſa cerebri ſanguifera ſuperficiem perrepentia, ſanguine fuere turgida, rubra, expanſaque. Idem fuit ſtatus vaſorum occiput verſus in ſiniſtra cerebri ſuperficie. Color, habitus et ſtructura cerebri integra. Paſſim tantum in ipſa cerebri ſubſtantia indagavimus quid fibroſi, albicantis, tenerrimæ ſtructuræ, maxime perſpicuum in Thalamis nervorum opticorum ac corpore pſalloideo, quod phænomenon nunquam in cadaverimus vidi, cujusque ortum ac naturam multo minus demonſtrare auſim.

Adnotatio.

Uti peripneumoniæ aſthenicæ, nervoſæ dantur, ita et Eryſipelas — reperitur aſthenicum,

nervosum. Alii quidem mecum convicti sunt, hanc omnino non quadrare denominationem; status sthenicus, quo summus vigor ac inflammatio designatur, itemque asthenicus et nervosus, quo debilitas intelligitur, in uno eodemque subjecto ac tempore eodem haud existit. Incitatio enim major et minor simul esse præsto nequit. Repugnat itaque rei naturæ conceptui, judicio, rationi. Quum tamen ab omnibus fere medicis dicta denominatio sit recepta et intelligatur, deficiente alio magis adæquato naturæ rei nomine, rem potius, quam nomen respicientes, non ex natura morbi, sed ex phænomenis desumtum, quæ utraque morbo tam ex sthenia quam ex Asthenia provenienti competunt, ad tempus silere idemque retinere nomen, satius duxi. Non curo verba, sed rem, quæ verbis exprimatur.

Aegra itaque nostra ex Erysipelate nervoso, seu asthenico (sit venia verbis) est defuncta. Multæ enim, diversæ indolis potentiæ statum debilitatis, uti ex historia patet, progeneravere; hinc non mirum, si legeris, ægram in febrim incidisse nervosam, ac dein, quum omni cura destituta fuerit, et non multo post diu noctuque frigori, ventis omnibusque tempestatis injuriis antegressas inter calamitates obnoxia ingemuerit, Erysipelate omnino non inflammatorio, sed nervoso, seu asthenico fuisse correptam. Phænomena quidem eadem fuere, ac in Erysipelate sthenico, videlicet tumor, ardor, crurum splendor, atque rubor levi pressione in pallorem subflavum mutatus, mox illa cessante revertens. Verum, ut sæpius jam edocui, phænomena neque naturam morbi demonstrant, neque demonstrare valent, cujus inde desumpta

cognitio ad vana medicorum ſtudia pertinebit, quum deſit nexus cauſalis, quo morbus aut ipſe excitatur aut exiſtit. In Peripneumonia nervoſa, ſeu aſthenica eadem phænomena adſunt, ac in ſthenica; neque tamen ſecius utriusque natura ac therapia longiſſime a se invicem differunt. Quodſi vero res conſideres prægreſſas, nexumque cauſalem, quo morbus fuerit productus, et una jungas phænomena, tum ſtatus vel ſthenicus, vel aſthenicus confeſtim evidens erit.

Noſtro in caſu ægra morbis a debilitate ortis, potentiis porro deprimentibus variis exhauſta quaſi jam fuit, hinc ne mireris quod inciderit in febrem certe non ex nimia incitatione oriundam. Accedentibus demum tempeſtatis injuriis, quibus partes inferiores maxime fuere expoſitæ indeque debilitatæ, vigente adhuc febri, has partes inflammatione aſthenica, ſeu potius eryſipelate nervoſo corripi, neceſſum erat. Eryſipelas ab initio certe, ut morbus localis, fuit conſiderandum; aſt quum febris nervoſa jamjam ſæviret in corpore, quumque notum ſit, quodvis organon vel ſthenia vel Aſthenia adfectum reliqua organa et totum denique Organismum ob incitationem æquabiliter diſtributam brevi in conſenſum trahere; ſatis elucet, Eryſipelate nervoſo mox totum fere corpus adfici debuiſſe, quod nunc non localem, ſed generalem conſtituit morbum. Hinc morbi gravitas atque exitialis eventus; hinc facile explicatu, quare cerebri ſuperficies, inteſtina, uterus, et reliq. inflammatione aſthenica fuerint correpta. Ob magnam debilitatem, ob potentias dictas graviter deprimentes, incitatio ita diminuebatur, ut intra breve temporis ſpatium ægra apoplexia quaſi

nervosa, ut febris nervosæ, seu Erysipelatis nervosi effectu, e vita dirimeretur, qua eam fuisse tactam sectio cranii docuit, quum vasa sanguine turgida atque expansa fuerint. Interim hanc vasorum turgescentiam non judico apoplexiæ fuisse causam, sed potius effectum. Aliud, quod enarrabo, Erysipelatis exemplum, pertinet ad simplex, brevi tempore leniter excitantibus sanatum.

Febris intermittens quotidiana.

Margaretha Schraud Gerbrunnensis 50mum annum agens, corpore prædita pro sexus ratione robusto ab educatione prima, parentibus præmatura morte ereptis, inter alienos vitam degens variis exposita fuit calamitatibus. Huc in primis labor multus, victus vilis, cujuscunque tempestatis injuriæ, moerores, ira, nec non quævis potentiæ nocentes pertinent, quibus ejusmodi in miserias nati homines in dies exercentur. Quæ cum ita fuerint, exceptis tamen levibus valetudinis suæ, mox etiam prætereuntibus turbis morbisque infantilibus, adhuc continuo sana perstitit.

Menstrua 17mo ætatis anno sine ulla molestia primum ingressa adhuc regularia fuere, dum ex anni fere dimidii spatio pauciora, modo intra tres, modo quatuor hebdomadas, atque etiam tardius, cum exiguis lumborum doloribus adparerent, ita, ut brevi cessatura penitus videantur. Neque vero hæc res ægræ quidquam attulit incommodi, plus contra noxarum ira effecit ac nausea.

Negotii, nescio quid, cum ab hera demandatum perperam atque minus ad vota confecisset, verbis correpta tam vehementer excandescit, (id, quod per aliquos dies non destitit facere) ut postea lassitudine artuum, pressione ventriculi, orisque amarore deprehendatur. Huc accedit, quod, cum familiarem sibi, eandemque ancillam convenisset, propositam ab ipsa carnem suillam, satis pinguem non absque nausea devoret, magnamque insuper frigidæ hauriat copiam. Eadem die 21ma Aprilis invaditur frigore per horam durante, cum æstu insequenti, vomituritione, vomitu ipso, tractionis per dorsum sensu, frequenti oscitatione, pandiculatione; sudor post æstum per totam fere noctem continuum, largus; somnus nullus. Postera die ad horam usque quintam et dimidiam bene sese habet: tum autem eodem, ac heri, modo symptomata superveniunt, paulo etiam vehementiora. Medicus desuper in consilium adhibitus indigestionem accusans emetico præscripto multum bilis evacuat, sed absque ullo eventu, nisi ægram inde debiliorem redditam memorare velis. Exinde morbus eodem, atque exposuimus, tenore usque ad 8vam Maji, qua Nosocomium adiens, ægra recipitur, procedit: in recepta hæc symptomata, præter jam recensita, patescunt: facies ex flavo pallens; oculi iidem flavescentes; lingua muco tenaci albescente obsita; macies.

His itaque perpensis, durationem morbi respicientes, quum ex enarratione ægræ febrim quotidianam absque ullo erroris metu judicare potuerimus, ordinamus:

℞. Pulv. cort. chin. regiæ ſcrup. duos.
— Cinamom. gran. ſex.
M.
F. Pulv. dentur tal. doſes Nro. IX.
S. Capiat omni bihorio doſin unam.

Diæta tenuis: pro potu ſit decoctum ſpec. ordinarium.

Sub veſperum hujus diei ægram hora ſexta et dimidia viſens reperi, frigore, quod ante horam acceſſerat, finito, et æſtu accedente dolorem capitis gravativum, ſuſurrum aurium, ſaporem oris amarum, preſſionem cardiæ, vomiturionem, abdomen tumidum, pulſum frequentem, parvum.

Tota nocte cephalalgia continuat ac aurium ſuſurrus; vertigo, laſſitudo maxima.

Die 9na. Hæc igitur, quæ ſuperiori nocte acciderant, cum audiviſſemus, nihil immutandum rati, ægræ, ut in omnibus continuaret, præcepimus.

Veſpere. Paroxyſmus una hora integra anticipat, prægreſſis adeo paroxyſmis vehementior; frigus ingens, vomitus, capitis dolor ſummus, pulſus frequens et debilis: hora 7ma tandem frigore evanido, calor inſequitur, poſtea ſudor maxime largus; dolor capitis paululum imminuitur — ceterum fatigatio corporis totius maxima. Finito quovis paroxyſmo urina miſſa multo ſedimento coloris lateritii fuit infecta. Continuet in omnibus.

Die 10ma. Nocte anteacta integra ſomnus nullus, cetera mitiora. Eadem medicamina.

Veſpere. Paroxyſmus non redit. Bene valet ægra, laſſitudine excepta. Pulſus debilis, parvus.

Die 11ma. Nox prægressa capitis dolore et dedolatione artuum solummodo infesta fuit. Cetera eadem, uti medicamina.

Vespere. Intumere pedes circa malleolos præsertim, dicit ægra, reliqua vero bona: pulsus frequens, parvus, debilis. Continuet in medicaminibus.

Die 12ma. Eadem.

Sumat dosin præscripti medicaminis singulo trihorio unam, habeat portionem tertiam; vini mensuram dimidiam aqua diluendi.

Die 13tia. Nox placida; viribus auctam sese ægra sentit; pulsus elatior; adpetitus redit major; ventriculus autem inflatur, si satis eidem facere ægra velit. Pedum tumor persistit. Præscribitur:

℞. Vini. amar. unc. sex.

D.

S. Ante prandium coenamque capiat vascul. dimidium.

Die 14ta. Eadem. Hesterna medicamina.

Die 15ta. Pedes paulisper detument: inflatio ventriculi cessat, adpetitui igitur pro lubitu satisfacit. Omnes functiones integræ.

Continuet in usu medicaminum, et Diætæ præscriptæ.

Hac methodo usque ad 22dam Maji diem continuata corporis torositatem ægra et lætiorem vultum adquisivit, omnes functiones, juxta leges sanitatis absolutæ, eademque die Nosocomio excessit.

Thomas A. Ruland.

Febris tertiana intermittens.

Josepha Schick Kitzingensis 22 annos nata, ancilla robusto corporis habitu prædita. Fluxus menstruus ab anno 15to, quo ejus primitias percepit, regularis semper ante sex demum hebdomadas, quum ex febri laborare coeperit, cessavit. Ceterum morbis infantilibus superatis integra semper gavisa est sanitate. Quinque autem ante annis, quum laboribus calefacta aquam frigidam ingurgitasset, accedente corporis perfrigerio in febrem incidit intermittentem tertianam, qua pluribus tandem elapsis mensibus sanata est. Ex illo tempore iterum sana et sat vegeta fuit. Hieme dein hujus anni frigidissima, aeris frigidi, ejusque variarum injuriarum, tandemque caloris fornacum artificialis vicissitudini exposita, tussi correpta est, sine ullo remediorum usu brevi denuo liberata. His prægressis quum, ante sex septimanas, carnem pinguem comedisset, ac dein laboribus agitata sudansque frigidæ copiam hausisset, ventoque insuper frigido sese objecisset, diei sequentis hora 8va matutina horrore cum insequenti calore, sudore, capitisque dolore et nausea fuit conflictata. His symptomatibus quatuor post horis liberata, quamquam eximiam senserit artuum lassitudinem, laboribus tamen suetis iterum functa est; ast tertia die novus, iisdem fere symptomatibus stipatus paroxysmus ingruit, ab illoque tempore mox una mox altera hora postposuit febris, mox eadem hora, qua primum ægram invasit, revertens; nonnullis etiam vicibus in initio quotidie accessit. Quatuordecim dies sunt, ubi remedio purgante uteretur, præterea omne

medicamen averſata, ſperans, et absque ullo medicamento ſe liberatum iri; hac vero ſpe falſa febri continuante magis in dies debilitata fuit, ita, ut vires tandem deeſſent, laboribus amplius ſuſtinendis.

Die itaque 30ma Aprilis noſocomium adiit, eademque recepta eſt. Apyrexiæ tempore conqueſta de eximia laſſitudine, anxietate, faciem flavam, oculos triſtes, ſubflavos, area livida cinctos, linguam muco tenaci ex albo flaveſcenti tectam, oris amarorem, vappiditatem, ructus amaros incuſavit. Ciborum adpetitus nullus; ſitis vehemens, cardialgia; ventriculi preſſio, dolor; abdomen tenſum, inflatum; alvus aperta; pulſus ſolito debilior et paulo frequentior. Ordinabatur:

℞. Pulv. rad. ipecacuanh. gran. ſex.
Tartar. emetic. gran. unum.
M.
F. Pulv. pro doſi et dentur tal. doſes duæ.
S. Capiat doſin unam, et, ubi poſt horam dimidiam non evomuerit, alteram.

Diæta die apyretica ſit portio quadrans, ac vinum aqua dilutum. Die Paroxysmi Diæta tenuis, pro potu Decoctum ordinarium.

Veſpere. Quinquies evomuit, magnamque materiei e flavo viridis quantitatem rejecit. Alvus bis ſoluta. Symptomata eadem.

Die 1ma Maji. Parum per noctem dormivit, eaque durante alvus ter mota eſt. Paroxysmus matutina hora quarta et dimidia inchoavit cum frigore totius corporis usque ad horam 7mam durante; inſecutus calor, quem ſudor largus excepit. Hora 3tia pomeridiana paroxysmus finitus. Reliqua eadem. Ordinavimus:

℞. Pulv. cort. Angustur. scrup. unum.
— cinamom. gran. sex.
M. F.

Pulv. pro dosi, dent. tal. doses duodecim.

S. Sumat omni bihorio temporis apyretici dosin unam.

Die 2da. Bene dormivit; apyrexia; pulsus debilis; conquesta de lassitudine, cephalalgia et siti vehementi ægra cibos non adpetiit; lingua muco albo tecta humida; alvus aperta. Cetera, uti medicamina eadem.

Die 3tia. Paroxysmus matutina hora 3tia inchoans eadem denique pomeridiana sudore largo sublatus. Dolores capitis vehementiores, quam antecedente paroxysmo; alvus aperta, abdomen molle; remedia continuantur.

Die 4ta. Apyrexia, præcordiorum dolor, ructus amari; pulsus parvus, modice frequens, debilis. Reliqua, et medicamina eadem; excepto, quod Laudan. liquid. Sydenhami guttulæ quindecim brevi ante accessionem febris sumendæ ordinarentur.

Die 5ta. Paroxysmus post horam 11mam circa mediam noctem accessit, suetis symptomatibus stipatus usque ad horam 7mam hujus diei 5tæ matutinam perduravit. Nox insomnis, dolores tantum capitis sunt mitiores, quam nudiustertius; cetera eadem, ac die 4ta. Medicamina hesterna.

Die 6ta. Tranquille dormivit; sed tamen questa est cephalalgiam, ructus et praecordiorum dolores; quos praesertim adsumto pulvere corticis Angusturae statim sese sentire adfirmavit. Ordinavimus ideo guttas viginti Liq. anod. miner. Hofm. ingesto pulvere sumendas. Reliqua eadem.

Vesperi. Paroxysmus hora 6ta incepit, minori cum vigore usque ad horam 11mam mediae noctis continuus: post paroxysmum aliquis somnus. Cetera eadem.

Die 7ma. Cephalalgia nulla: præcordiorum vero dolor perstitit; Pulsus, ut in statu sano; abdomen molle; alvus aperta. Facies adhuc flavescens. Medicamina eadem.

Die 8va. Paroxysmus jam ad spatium septem horarum anticipat; videlicet ingruit hora 11ma matutina et modico cum calore ac sudore hora 6ta vesperum versus cessit. Cephalalgia et reliqua hujus febris symptomata mitiora. Continuetur in medicaminibus.

Die 9na. Sat bene dormivit, præcordiorum dolores et cephalalgia cessaverunt, lingua pura, humida: cibos aegra adpetere coepit; abdomen neque durum, neque tensum; alvus aperta. Reliquæ functiones integræ. Ordinavimus:

℞. Pulv. cort. Angustur. drach. dimidiam.
— Cinamom gran. sex.

M. F.

Pulv. pro dosi, et dent. tal. doses duodecim.
S. Capiat quovis bihorio dosin unam.

Diæta superius memorata. Continuetur Laud. liquid Sydenhami ante quemvis paroxysmum et Liquor. anod. miner. Hofm. post adsumtos pulveres.

A 10ma ad 18vam. Paroxysmi semper hora 8va matutina alternantibus diebus ingruere symptomatibus stipati levibus, et intra quatuor horas finiti. Diebus apyreticis sat bene ægra sese habuit, nec de cephalalgia, nec de præcordiorum doloribus amplius conquesta: abdomen molle, alvus aperta;

adpetitus bonus; pulſus in ſtatu ſano; omnes functiones integræ. Neque tamen febris ceſſavit: hinc ordinabatur die 18va ſequens:

℞. Pulv. cort. Anguſtur. ſcrup. duos.
— — Cinamom. gran. ſex.

M. F.

Pulv. pro doſi dentur tal. doses duodecim.
S. Sumat omni bihorio doſin unam.

Uſu horum medicaminum, auctam inter eorum doſin, continuato uſque ad 22dam Aegra febre omnino liberata eſt. Continuabantur inſimul, uti jamjam monuimus, Laud. lig. Sydh. et Liq. anod. miner. Hofm. Aegra igitur poſtmodum febri omnino libera, quum ſolummodo de artuum laſſitudine et virium proſtratione quereretur, Laudan. liq. Sydenh. et Liquorem anod. miner Hofm. omittentes praecepimus; ut quovis bihorio doſin die 18va praeſcripti pulveris adſumeret ac ante prandium coenamque duas vini amari medicati uncias ingereret. Quibus ad 28vam continuatis, Febre nequaquam redeunte et vires recuperante aegra, omnibusque functionibus integris ſanitatem reſtitutam judicavimus. Quare die 28va Maji e Noſocomio dimiſſa eſt.

Seiler.

Eryſipelas.

Joannes Georgius Kernſtock, Friedrichsfeldenſis 74mum agens annum, Eremita, ut vulgo ajunt, inde ab infantia, quantum reminisci valet, optime ſanus, genus vitæ per multos terræ tractus, ut ejuscemodi ſortis homines adſolent, ſectatus, nullum unquam morbum notabiliorem fuerat paſſus; usque dum ante tres hebdomadas tempeſtate frigida et pluvioſa iter denuo faciens, poſt graves viæ moleſtias in cubiculo frigido humidoque noctem transmittere coactus primos perciperet morbi inſultus, ad quem auxilium imploraturus in Noſocomium juliæum confugit.

Morbi autem mox describendi conditio talis: primum horripilatione in calorem deſinente correptus magnam virium proſtrationem, adpetitum dejectum, ſaporem oris vappidum experitur: adſunt inſimul cephalalgia, aurium ſuſurrus, dolor tenſivus ad nucham, ita, ut difficulter tantum movere caput queat; dolor extremitatum vagus, et in latere pectoris ſiniſtro punctorius. Brevi dein pedis utriusque adfectionibus magis laceſſitus tumorem ad malleolos ex pallido rubrum, facta digitorum impreſſione diſparentem, remotis vero digitis colorem priſtinum reſumentem, ſenſim ſenſimque elevari ſenſit. Vexant inſimul ardor, tenſio, atque partium adfectarum pruritus. Adtactum vix poteſt ferre, magis tamen in dextro, quam ſiniſtro pede, circa malleolum externum. Corpus præter hæc ſcabie reperimus infectum; alvum clauſam, pulſus debiles, parvos, frequentes; hinc 8va Maji die recepto præscripſimus:

℞. Aq. flor. sambuc. unc. octo,
Spir. Minderer. unc. unam.
Vin. antim. Huxham. drach. unam.
Mell. depurat. unc. unam.

M. D.

S. Omni bihorio capiat cochl. unum.

Pro potu sit decoct. specier ordinarium.
Diæta vero tenuis.
Vesperi, exigua quædam exacerbatio.

Die 9na. Aeger parum dormiens largo sudore ingresso recreatum sese ac multo melius habentem sensit: dolor ad nucham vehementissimus: cetera eadem, præterquam, quod ob alvum clausam clysma emolliens ordinaretur. Per totam hanc diem horripilationes cum calore alternabant; vesperi denuo symptomata exacerbata; pulsus parvi, debiles, frequentiores.

Die 10ma. Nox inquieta, cephalalgia aucta. Cetera, uti medicamina eadem.

Vesperi nulla mutatio animadversa.

Die 11ma. Nox placidior; æger dormit horas aliquot; dolor atque tumor pedis dextri imminui, sinistri vero augeri visus. Circa tarsum et malleolum externum, digito prementi, nulla amplius vestigia relinquuntur. Cetera, uti medicina, eadem.

Die 12ma. Nocte prægressa somnus placidissimus; sudor multus valde recreans; dolores vagi fere evanidi. Alvus clausa clysmate prolicitur. Cetera eadem. Hesterna medicamina.

Die 13tia — 14ta. Tumor pedis dextri magis magisque disparet, pulsus frequens, debilis, sed paulo elatior. Cetera, ut medicamina eadem.

Die 15tâ — 18vâ. Omnia meliora: ſudores largi — valde recreantes, dolores pene omnes diſparent; pars pedis ſiniſtri magis adfecta emolleſcit, excepta tamen regione malleoli externi: alvus ſponte aperta: adpetitus major; pulſus debiles, parvi, frequentes. Ordinatur:

℞. Camphor. gr. duo.
Sulphur. aurat. antim. gr. dimidium.
Sacchar. alb. gr. duodecim.
M.
F. Pulv. dentur tales doſes Nro. IX.
S. Capiat omni bihorio doſin unam.

Diæta portio dimidia: vini aqua diluendi menſura dimidia.

Die 19na. Aeger optime pluribus horis dormivit — adpetitus egregius: fere nihil eſt amplius, de quo conqueratur; reliquum morbi, propter quem eſt receptus, niſi recenſere velis herniæ, ex qua laborat, aliquas moleſtias.

Die 20ma — 27ma. Vires reficiuntur, tumor ſolummodo ſuperficialis circa malleolum externum reſtat; molleſcit tamen hic quoque, ita, ut brevi fore ex integro reſtitutum ægrum, ſpes maxima ſit. Ordinatur:

℞. Ol. amygdalar. dulc. rec. unc. unam.
Spir. ſal. ammoniac. volat. drach. unam.
M. F. Liniment.
D. S. Ad partes dolentes ilinigatur.

Atque ſic primario curæ ſcopo — nimirum diſpellendi eryſipelatis, ſecundam curam conjunximus, ſcabiei ut mederemur. Hunc autem finem attigimus pluries repetito balneo tepido; tum vero decimo Junii ex integro ſanatum, Noſocomium relinquere juſſimus.

Sebaſt. Weyer.

JUNIUS.

Dies 1ma et 2da calida, amoena; ad vesperam 2dæ tonitrua. Die 3tia pluviæ. A 4ta ventosa, calida, 5ta mane pluviosa de cetero ventosa et calenti ad 12mam tempestas calida perstitit; 11ma ex his mane pluvias ac tonitrua tulit. Dies 13tia et 14ta ingratum, frigidum ac ventosum, intercurrentibus pluviis, tempus in 15tam protractum, tandemque 15ta atque 17ma moderate calidum, coelo passim nubibus tecto, induxit, quod a 18va ad 22dam calidam, ventosam die 23tia in pluvias et tonitrua pomeridiana desivit. Die 24ta calida, passim imbres suborti. A 25ta ad mensis finem usque calida, ventosa, tempore matutino frigida, ac serena tempestas, per reliquum diei tempus coelum nubibus tectum.

Continuavere per hunc mensem Diarrhoeae, eadem tractandi methodo, uti elapso mense indicavi, profligandae. Decurrebant suetis symtomatibus, doloribus nempe colicis, per totum intestinorum tractum lancinantibus, ante quemvis secessum alvinum auctis. Plurimi perstante Diarrhoea, semper aquosa, defatigabantur; alii ex perdurante bene valuerunt. In omnibus tamen, si diutius continuaret, observabantur facies pallida, collapsa, oculi tristes arcu livido cincti: morositas, dolor capitis, sapor oris vappidus, lingua muco albo obducta, adpetitus prostratus, nausea, a quovis ingesto praecordiorum pressio; cardialgia, dolores in regione intestinorum tenuium torquentes, sitis

magna, præcordiorum ardor, in cibos acefcentes, acidos; potusque ex frigida, feu etiam acidulos flagrans animus. Aeger per diem fexies, fæpe decies, immo trigesies alvum deposuit aquofam, qua fere femper per noctem excruciabatur. Hic morbus diarrhoea rheumatica, feu rheumatismus inteftinorum a debilitate natus jure denominari poteft. Animadverfus nimirum morbi ortus ex contracto refrigerio, quum tempeftas valde calida, noctesque frigidiores fuerint, quibus corpus fæpe nudum grato aeris frigidi acceffui patuit. Quin et in caufa effe potuit nimia aquæ copia ingurgitatae, qua ventriculus et inteftina ob vehementiorem fitim calore excitatam, debilitabantur. Inter hæc et eodem tempore aliæ partes infimul obfervatæ funt rheumate detentæ, v. g. oculi, fauces, gingivæ, artus; hinc non infolitum, ex eadem caufa diarrhoeas ortas, ex qua rheumatismi, ophthalmiæ, quæ hoc tempore non infrequentes fuere, catarrhi ac anginæ ortum fuum duxerunt.

Debilibus, aut jufto diutius detentis Diarrhoea, quum omnem fperneret curam, valde fuit perniciofa, uti et iis, qui remediis eam purgantibus avertere ftuderent. Nata enim exinde morbi pertinacia, gravitas veraque virium debilitas. Quo factum eft, ut ejusmodi ægris longo medicaminum excitantium ufu, diæta mucilaginofa, carnea aromaticis mixta, potu vinofo feu fpirituofo aqua diluto tardius tandem fanitas rediret. Acceffere fæpius fupra dictis fymptomatibus variæ adfectiones, indolis, ut ajunt, nervosæ, fcilicet capitis dolor, vertigo, ftupor, aurium fusurrus, artuum dedolatio, virium languor, animi deliquia, pulfus debiles, frequentes, exiles, febris, corpo-

ris macies, oedema pedum et similia. Quæ hoc in statu medicamina adhiberi consueverunt, fuere camphora cum opio propinata ac naphta Vitrioli; porro inunctiones e linimento volatili camphorato cum laudano liquido Sydenhami; fomentationes ex Decocto corticis peruviani vinoso, aut infuso vinoso aliarum hb. aromaticarum. Clysmata e decocto amyli parata cum tinctura thebaica, immo in augmento mali, decoctum corticis peruviani cum liquore anodyno Hofm. Laudano liquido Sydenhami ac mucilagine gi. arabici, usurpata. Febres intermittentes passim tantummodo sunt observatæ, et, uti jam sæpius indicavi, pulvere corticis peruviani, seu ejus specierum, exhibita ante paroxysmum dosi opii, quod et historia refert, sanatæ.

Circa medium hujus mensis in urbe nostra, quod et hic adnotare licebit, inter infantes regnavere morbilli, simplices, lenissimaeque indolis. Symptomatibus cursum suum absolvit morbus suetis et vix expostulavit medicamina, observatis solummodo regimine modice calido, quod tempestate hac calida immo temperari debuit, ac diæta tenui minus incitante præsertim circa eruptionis et desquamationis stadium. Si quæ tamen ob morbi et tussis vehementiam necessaria viderentur, ordinavi: tartarum emeticum, partita dosi, in aqua solutum, infusum flor. Sambuci, Roob Sambuci cum oxymelle, decoctum Altheae, seu hordei cum Syrupo quodam, aut oxymelle. Delicatulis magisque debilibus spiritum Mindereri cum parva laudani liquidi Sydenhami quantitate, porro clysmata præscripsi.

Plurimi, qui videbantur in nosodochio nostro, morbi fuere chronici, quorum aliquas a me selectas

hiſtorias infra enarrabo. Haſce inter obveniet hiſtoria vomitus chronici, morbi apud nos frequentiſſimi, quem obſervavi fere ſemper in fœminis, ſæpiſſime in ancillis culinæ inſervientibus. Quum alio tempore, ſi magis magisque morbi naturam et cauſas indagavero, in annalibus hiſce fuſius diſſerendi, animus ſit, ſufficiet in praeſenti adlegare hiſtoriam.

Non minus infrequentes ſunt ſcrophulæ, aliique variarum partium exinde enati morbi, praecipue ophthalmiae ſcrophuloſæ, quæ omnes, non ut morbi topici localem, ſed univerſalem exigunt tractandi methodum, uti ex hiſtoria infra enarranda elucebit. Pauperrimi præcipue miſerrimamque vitam agentes huic morbo obnoxii ſunt, videmus itaque morbum talem in iis, qui ob egeſtatem in locis humidis habitant, atque cibis craſſis, farinaceis utuntur. Sæpius pauperum tota familia arctum humidumque cubile obſidet, nec renovatur aer, corrumpendus potius tam ob fornacis calorem, quam ob hominum copiam ac variorum utenſilium immunditiem, tum etiam linteorum, veſtimentorum et aquarum fornaci adpoſitorum ciborumque vapores. Accedit hiſce et vita ſedentaria, quam, ad victum ſibi lana ducenda parandum, amplectuntur, vel alias laborioſiſſima, quum ſæpius inter labores agreſtes omnibus tempeſtatis injuriis expoſiti multum defatigentur. Inde quis miretur, ex hiſce potentiis debilitatem et morbum ſcrophuloſum ſuboriri. Nec raro etiam vidimus malum hoc hæreditarium; parentes enim hoc vitæ genere exhauſti aut ex ipſo morbo laborantes procreant proles tenerrimæ ſtructuræ, debiles ad eandem labem prædiſpoſitas, quæ ætate provectiori atque ac-

cedentibus iisdem potentiis deprimentibus enascitur, sensimque exacerbescit. Morbum ulterius hic describere, superfluum erit, quum ex eleganti delineatione *Th. White*, *Toettelmann*, *Kortum* aliorumque satis sit cognitus.

Malum hoc, quum ex variis potentiis debilitantibus ortum ducat, exposcit tractandi methodum, qua partim potentiae removeantur, partim debilitas ab ipsis inducta destruatur. Irrita jure censentur omnia medicamina et omne consilium, nisi ad eum finem tendant, quo vitæ mutari ratio meliorique pauperum sorti prospici possit. Primarium itaque erit, ut et adulti et infantes aere puro siccoque fruantur; in locis altis, aeri solisque radiis perviis, habitent, utensilium, cubiculorum ac vestimentorum munditiem sibi concilient, cibis nutriantur eupeptis, carneis, potu vinoso recreentur aut cerevisia bene lupulata, aut spiritu vini aquæ sufficienti quantitate diluto. Hisce tantummodo observatis Diætetices regulis medicamina malum omnino profligare valebunt. Varia autem sunt, quæ laudentur, pauca, quæ quidquam efficere boni possint. Empiria enim, quum ægri Diætetices regulas fere semper negligant, ex quo morbum hunc sanandi fluit difficultas, summum obtinuisse fastigium ex medicaminum farragine intelligitur. Ast, si rite rem spectaveris et ex prægressis potentiis morbi statum dijudicaveris, facile agnoscas, morbum promanare ex debilitate directa, quæ remedia tantummodo roborantia expostulat. In initiis igitur excitantia convenient diffusibilia, eaque leniora; demum pro gradu debilitatis fortiora, quae vero sensim adaugeri quantitate debent, et denique roborantibus jungi.

Varia ejusmodi, quin eventus reſponderet, tentavi. Sic adhibui terram ponderoſam ſalitam, magna promulgatam laude, quam nullius eſſe hoc in morbo efficaciæ, convictus ſum. Idem remedium, quod per tranſeunam notatum volo, in verminoſis quoque adfectionibus nullos præſtitit effectus: neque enim vermes, neque infarctum pituitosum, ex quo vermibus detenti ſaepiſſime laborant, eduxit. Porrexi præterea antimonialia, cicutam, ſaponem, belladonnam, ſtipites dulcamaræ, hb. digitalis purpureæ, aſſam foetidam, aquam calcis, etc. ſed nullo ſatis optato emolumento. Ex omnibus hiſce remediis ſemper praevaluit ceteris mercurius opio junctus pro ratione ætatis, morbi gradus et corporis conſtitutionis, majori vel minore doſi exhibitus et poſtmodum factus ad roborantia tranſitus; quum enim primaria hujus morbi cauſa ſit debilitas, quæ non tantum totum ſyſtema vaſorum lymphaticorum et glandularum, ſed etiam corpus integrum occupat, conſequens eſt, depoſci medicamina cauſae primariae renitentia. Morbum autem reapſe proficisci a debilitate, ex prægreſſis potentiis et præſentibus phænomenis facile dijudicatu eſt; namque obſtructiones imi ventris et infarctus, quos forſan in hoc morbo deprehenderis, ipſius debilitatis, nec vero cauſæ morbi ſunt effectus. Hinc eos ſolventibus aut purgantibus tractare velle, ad inanes pertinet ideas; neque tamen minus non raro ejusmodi medicamina in ægri perniciem et morbi augmentum adhiberi lugeas. Omnia inter roborantia eximia ſunt cortex peruvianus, amara, aromatica; eminet tamen ferrum, ex cujus præparatis tinctura Beſtucheſſiana præſentiſſimum eſt remedium. Hujus uſu per aliquot

ſeptimanas continuato tumor et durities glandularum fere ſemper diſparuit, collapſa eſt facies tumida, palpebrarum, labii oris ſuperioris apicisque naſi intumeſcentia. Abdomen durum et inflatum detumuit, ſub adtactu molleſcens. Omnes reliquæ functiones obſervatæ ſunt integræ. Ophthalmiæ, ulcera, exanthemata varia aliaque ex eodem progenerata malo evanuere. Idem remedium pro ratione individui ac morbi exhibui in varia doſi; guttatim repetita vice per diem ſemper porrexi, ita, ut ſex, octo, decem, quindecim immo guttas viginti pro re nata quater vel quinquies adminiſtraverim.

Externe plerumque nihil adhibui, niſi quandoque balnea tepida. Aliquoties tamen memini, me tractare ægros, quibus præter interna remedia ob inſignem glandularum ſubmaxillarium tumorem cum ægri emolumento vel ſolutionem tartari emetici in aqua fontana infricandam præbui, ita, ut octo, decem, duodecim grana in unciis octo aquae deſtillatae ſolverim; vel linimentum volatile camphoratum, vel unguentum quoddam e bile bovina et ſale culinari paratum inungere ægros juſſi. Solutio tartari emetici in aqua fontana egregios ſemper præſtitit effectus, et multum ad tumores glandularum diminuendos contribuit.

In Ophthalmiis ſic dictis ſcrophuloſis tam ex ratione memorata, quam dolores celeriter mitigandi et incommoda depellendi cauſa præter univerſalem, et topicam adminiſtravi curam; inſtillavi nempe oculo duabus per diem vicibus duas tresve guttas laudani liquidi Sydenhami, vel etiam in aliis aliquot guttas ſolutionis vitrioli albi aquoſae, vel adplicavi oculi bulbo bis per

diem exiguam portionem unguenti ophthalmici *St. Yves*, vel unguenti ex aerugine et mercurio praecipitat. rubro parati. Hisce usus remediis non tantum intra breve temporis spatium oculorum rubedinem et tumores, sed etiam natas ex inflammatione maculas dissipavi, uti exemplum praebet infra enarranda historia. Congrua tamen diæta justumque regimen cum interno medicaminum usu, methodus nempe universalis excitans atque roborans primarium semper tenuit locum. Topica tantummodo remedia ad accelerandam curam et conciliandum aegro levamen sunt adhibita, curamque ideo palliativam absolverunt. Neque tamen interim negandum est, et haec remedia topica universalibus juncta in pluribus casibus non esse negligenda. Symptomatica enim tali asthenica inflammatione quæ pars adficitur, magis prae reliquis debilitatur partibus, nascitur insimul ob continuam hanc adfectionem morbus quasi localis, qui non facile generali medendi methodo cedet, nisi una cum universalibus topica remedia in usum vocentur.

Strumae, quae forsan ex eadem causa scrophulosa ortae occurrere quandoque, eadem medendi methodo profligatae sunt. Obvenere autem aliae strumarum species, quarum origo sensus et scrutinium nostrum latebat, uti exemplum nobis retulit famulus rusticus Dietz e pago Donnersdorf, 20 annos natus, qui ob strumam die 14ta Maji in Nosochium receptus fuit et 13tia Junii omnino sanatus clinicum dereliquit. Sub tali conditione empiricam semper adhibui methodum, et felici cum eventu vel antimonialia vel mercurialia, vel spongiam marinam ustam, vel Hb. digitalis purpureae vel radicem scillæ maritimæ, vel cin-

naberim factitium, vel pulverem Plummeri et ſimilia aut ſola aut aliis nupta propinavi. Sæpius ordinabatur ſequens:

℞ Spong. marin. uſt.
Pulv. teſtar. ovor. aa. unc. dimidiam.
— rad. Vincetoxic. drach. tres.
— — ſcillae maritim. gran. viginti.
— cortic. cinamom.
Sacch. alb. aa. drach. unam.

M. F.

Pulv. d.
S. Sumat æger mane, ad meridiem et veſperi cochlear parvum.

Externe ſimul uſurpavi medicamenta, quæ ſupra de Scrophulis adlegavi. Reliqui morbi, quorum hiſtorias enarrabo, ſunt: Tinea capitis, pulvere carbonum ſanata, de cujus efficacia jam menſe februario mentionem feci: porro pterygium, febris intermittens quotidiana, et denique cephalæa periodica.

Ante vero, quam haſce explanem, neceſſarium duco, hiſtoriam aſcitæ, quo Urſula *Kreſs*, uti ex menſe Januario annalium patet, adfecta et poſtmodum omnino liberata fuit, continuare. Sanitas enim aegræ hujus non perſtitit, quam tamen perfecte reſtitutam ex omnibus integris functionibus, quas per plures hebdomadas ut tales in Noſodochio obſervavimus, jure potuimus dijudicare. Sanctum mihi ſemper erit officium, quod et animi expoſcit ſinceritas, de fato infelici ægrotantium, quos ſanatos judicavimus et deſcripſimus, quantum experiri illud poterimus, mentionem facere.

Aegra itaque noſtra, quam perfecte ſanatam cenſuimus, quæ immo forſan ſana fuit, ſumma redeundi ad ſuos cupiditate flagrans tempeſtate humida frigidaque iter, quod varia a nobis ægræ propoſita argumenta impedire nequibant, adgreditur. Eandem, quam antea, ducens vitam, multis vexatam moleſtiis, paulo poſt priſtinum redire malum videt. Recuperatura ſanitatem quum iterum ad Noſodochium confugiſſet, die 11ma Maji recipitur. Abdomen reperitur ad inſignem altitudinem elevatum, aquarum in eo contentarum fluctuatio ſenſibilis, cordis palpitatio, dyſpnoea, ſitis magna, adpetitus depravatus, vertigo, debilitas inſignis, pulſus debiles, exiles, tardi, facies triſtis et pallida, cutis arida, pedum oedema, magna corporis macies, ſomnus nullus, alvus aperta, urina turbida, rubra, parca etc. Hinc morbum ex iisdem cauſis debilitatem univerſalem inducentibus enatum Aſciten judicavimus; ad ſanandum ſequentia opponentes:

℞. Therebinth. venet.
Extract. trifol. fibrin. aa. drach. duas.

M. F.

Pilul. pond. gran. duorum conſperg. pulvere. rad. liquirit.

D.

S. Sumat omni trihorio quatuor pilullas et poſt quamlibet doſin guttas liq. anod. min. Hofm. viginti. Porro:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. dimidiam.

Coq. cum Aq. font. unc. duodecim
Ad remanent. unc. ſex.
Cola. Colatur. adde
Liq. anod. min. Hofm. ſcrup. duos.
Mell. optim. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni hora cochlear magnum.

Diæta dimidia; pro potu decoct. ordinarium et menſura vini dimidia; regimen modice calidum.

Hiſce medicaminibus utitur ægra ad 21tam usque ſine ullo levamine, etſi quotidie pilullarum doſin ordinatam una adaugeret. Eadem enim Symptomatum pertinacia. Omittimus itaque therebinthinam, de cujus efficacia ad aſciten alii multum prædicant, ſubſtituentes ſcillam:

℞. Pulv. rad. ſcill. marîtim. gran. duo.
— Calam. aromat.
Sacchar. alb. aa. gran. decem.

M.

S. Pulv. pro doſi. dent. tal. doſes duodecim.
S. Capiat omni trihorio doſin unam.

Porro ſpirit. vini camphorato inungi abdomen jubemus. Cetera continuantur.

Hiſce utitur ægra ad 2dam Junii; aſt incaſſum. Symptomata enim ſemper eadem, et venter ne minimum quidem ſubſidet.

Die 3tia Junii, quum ſatis expanſum ob aquarum in ventre contentarum copiam nobis videretur abdomen, immo ejus volumen cum ſymptomatum gravitate increſceret, inſtituitur paracentheſis. Quæ quidem non eo in loco, quem

alii præferunt, ſcilicet in media lineæ parte, quam ab umbilico ad criſtam oſſis ilei ductam concipias, ſed thoracem verſus in loco tribus circiter digitis a ſueto diſtante, peragitur. Facta hac operatione effluunt ſeri limpidi menſuræ binæ, quas vero mox ſanguis læte rubens continuo proſiliens arcu excipit. Vulnus, quum ſanguis proſiliret, extemplo ſollicite deligatur. Hæmorrhagia ſiſtitur, aſt non modo nullum mali levamen ſentit ægra, ſed ſummum adeo augmentum. Intumeſcere enim magis magisque abdomen, manus et pedes, contremiſcere labia, genæ plumbeo colore ſuffundi; facies palleſcere, palpebræ oedemate turgere incipiunt. Vox querula; major pulſuum tarditas et debilitas; gravior dyſpnoea, venter tumidus atque ſatis expanſus circa regionem inflicti vulneris, ad quemvis adtactum dolens; cujus expanſio et muſculorum abdominis tanta fuit, ut majorem ferre vix potuerint. Accedunt extremitatum frigus, ſumma anxietas, animi et corporis inquietudo, facies denique Hippocratica, ita, ut, ſi viventem videas, mortuam, certe morti proximam judices.

Subitam hanc mutationem arteriæ epigraſtricæ invita operantis manu læſæ ſtatim tribuimus; quod facile nobis dijudicare licuît, partim ex ſanguine proſilienti læte florido, partim ex ipſis ſymptomatibus, inanitionem vaſorum indicantibus, partim ex imi ventris majori expanſione continuo increſcente, quæ neceſſario oriebatur, quum ſanguis ex arteria promanans, ob effluvium deligatione impeditum, abdominis cavitatem non poſſet non implere. Interim ob vires vitales langueſcentes inter mortis præſagia ordinatur:

℞. Camphoræ Mucilag. gi. arab. ſubact. ſcr. unum.
Moſchi optim. gran. ſex.
Aq. font. deſtillat. unc. ſex.
— Cinamom. c. v.
Syrup. Diacod. aa. unc. unām.

M. D.

S. Sumat omni hora cochlear unum.

Porro liniment. volatile camphoratum pro inunctione abdominis.

Die 4ta Junii. Mane melius ſe habere adſerit ægra, etſi noctem inquietam tranſegerit; evanidus abdominis dolor, facies lætior, pulſus fortiores, reliqua autem eadem. Aſt mox et hæc boni utcunque augurii ſymptomata evaneſcunt, mortis ſubnaſcuntur indicia, et ægra circa horam 6tam veſpertinam exſpirat.

Sequentis diei poſt meridiem *inſtituitur cadaveris* ſectio.

1). Abdomen ad inſignem altitudinem reperitur inflatum. Fluctuatio aquarum in abdomine contentarum ſenſibilis. Facies pallet, tumet, corpus emaciatum; pedes oedematoſi.

2). Integumenta abdominis inter et ejusdem muſculum, nempe eo in loco, ubi punctio facta fuît, pus reperitur ad palmae manus peripheriam extenſum. Cauta et diligenti ſectione indagatur paulo profundius ramus arteriæ epigaſtricæ inferioris ad umbilicum tendens ultra dimidiam partem perforatus. Parietem inter poſteriorem muſculi recti et peritonei externum ſanguinis extravaſatum parvi momenti. Sanguis grumoſus, coagulatus arteriam perforatam obturans.

3). Ingens seri sanguine mixti, totum abdominis cavum adimplentis, aperto peritoneo copia, nec non multa in cavitate pelvis et abdominis coagula, atri coloris, quæ pelvis cavitatem fere explent.

4). Hepar discolor, parum durum, albicans.

5). Pancreas notabiliter induratum.

6). Intestinalis tubus albicans ac densus.

7). Aperto per paracenthesin in latere dextro thorace humoris, vel seri sanguine tincti magna copia prosilit; Pulmones vero et reliquæ thoracis partes integræ. Coagula sanguinis nulla.

Vomitus chronicus.

Barbara Nunn 30 annos nata, Schwarzenbergensis habitu corporis licet gracili ac infirmo, benigna tamen, superatis infantilibus morbis gaudebat sanitate. Ad vitam sustentandam ancillæ addicta muneri solito graviori, malo obruebatur, ut ajunt hysterico, nec ita multo post chronico vomitu. Nisi ipsos velis accusare labores, vix quidquam inveneris, quod ut causam hujus mali vendites. Quo per aliquod tempus vexata morbo, demum in Nosodochium Julii confugit, quod liberata malo mox iterum deseruit. Ex illo vitam vivens minus laboriosam, sat bene valuit, ita tamen, ut adfectiones hystericæ periodice reverterentur. Quæ præterlapsa hieme ex frequenti refrigerio nocturno incrementa capere corporisque debilitatem inducere coeperunt.

Menſe Januario a. c. adſumtam carnem pinguiorem ac cereviſiam ingurgitatam vomitu rejecit, ita, ut in poſterum hi vomendi conatus alimento quocunque prolicerentur. Hinc debilitas, hinc adfectiones hyſtericæ auctæ. Hoc malum diſpulſura pilullas ægra, ſurſum ac deorſum evacuantes ab agyrta acceptas eo cum eventu devoravit, ut omnia in pejus abierint. Adſociata enim abdominis intumeſcentia, dolor circa præcordia preſſorius, anxietas, extremitatum frigus, horripilatio, calore interrupta; evanidis menſibus fluor albus ſupervenit. Hac rerum conditione Symptomatum caterva excitantibus in uſum vocatis ceſſura videbatur, forte ceſſiſſet, niſi ægra de novo noxas morbificas admiſiſſet.

Namque die Maji 30ma inter labores agreſtes pluviæ expoſitam invaſit horripilatio cum vomitu ſubſequente, quo magnam ſanguinis copiam ejecit ac confeſtim animi deliquio fuit comprehenſa. Domum translatæ vena incidebatur, propinato poſtmodum ſero lactis tamarindinato. Jamque acceſſerunt virium proſtratio, convulſiones, cephalæa, aurium ſusurrus, viſus abolitio, ſitis vehemens, calor corporis auctus. De ſalute ægra deſperans 5ta Junii adiens Noſocomium, recepta oſtendit præter memorata ſymptomata faciem flaveſcentem; genas rubedine circumſcripta conſpicuas; nauſeam præterea, vomituritionem cum flatuum male olentium eructatione, ſaporem oris ingratum ac amarum conqueſta. Lingua muco albo obducta, ſicca; reſpiratio difficilis, anxia, dolor circa præcordia preſſorius; abdomen nec tumidum, nec tenſum, alvus obſtructa; cutis arida; pulſus frequentes, parvi. Præſcripſimus:

℞. Aq. Meliſſ. unc. ſex.
Extract. Caſcarill. drach. unam.
Liq. anod. min. Hofm. ſcrup. duos.
Mell. optim. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

Charta bibula inſuper laud. liq. Sydenh. et liquore anod. m. Hofm. madida aliquoties per diem imponatur ventriculi regioni.

Diæta plena; potus ex Decocto ordinario.

Die 6ta. Nox inquieta. Mane ter vomendo materiam pituitoſam ejecit. Cetera eadem.

Veſpere. Symptomatum exacerbatio; vomitusque adſociatus pituitoſus.

Die 7ma. Somnus per noctem anteactam pene nullus. Facies læte rubra; cephalalgia vehemens, vertigo, aurium ſuſurrus, dolores circa præcordia lancinantes. Vomitus nullus. Adpetitus dejectus, lingua albeſcens et humida, ſapor oris amarus, ſitis multa. Reſpiratio difficilis; pulſus frequentes, aſt elevatiores. Calor adauctus. Summa virium proſtratio, ut nec artus movere nec corpus valeret erigere. Cetera eadem. Ordinavimus:

℞. Pulv. rad. Valerian. Silveſt. unc. dimidiam.

infunde

Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. Colatur adde
Liq. anod. min. Hofm. ſcrup. duos.
Mell. pur. unc. dimidiam.

M. D.

S. Capiat quavis hora cochlear unum.
Clysma adplicetur emolliens.
Diæta eadem.

Vespere. Symptomatum exacerbatio, præterquam, quod ægra non vomuerit.

Die 8va. Aegra parum dormivit. Non vomuit. Cetera, uti medicamina, eadem.

Die 9na. Aegrota, multum anxia, non dormivit. Ingesta statim evomuit. Facies valde rubra; adpetitus nullus. Lingua muco obducta, ast humida; sitis multa; respiratio difficilis. Pulsus minus frequentes, sed parvi ac debiles. Alvus una vice mota. Medicamina ac diæta eadem.

Die 10ma. Nox tranquillior. Frequentes vomendi conatus. Pulsus elevatiores; alvus clausa. Cetera eadem. Medicamina hesterna.

Die 11ma. De nocte somnus placidus. Bis vomitu ingesta rejecit; adpetitus nullus; cephalæa; respiratio anxia et difficilis; pulsus fere, ut in statu sano; Diarrhoea aquosa. Ordinabatur:

℞. Pulv. rad. Valerian. Silvest. unc. dimidiam
infunde c. Aq. fervent. unc. octo.
Cola. in Colatur. dissolve
Extract. amar. drach. duas.
adde
Liq. anod. min. Hofm. scrup. duos.
Mell. pur. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

Diæta portio quadrans; pro potu vinum aqua dilutum.

Die 12ma ad 14tam. Noctes tranquillæ; vomitus nulli; neque tamen adpetitus ullus; re-

ſpiratio adhucdum anxia et difficilis, pulſus fere, ut in ſtatu ſano. Diarrhoea evanida. Cetera, uti medicamina eadem.

Die 15ta. Aegra bene dormivit. Vomitus nullus; adpetitus redux, reſpiratio plane libera, pulſus boni. Dolores tantum vagi per ſpinam dorſi. Medicamina ac diæta eadem.

Die 16ta. Omnes functiones integræ. Rediit diarrhoea aquoſa; pulſus denuo debiliores. Præcepimus:

℞. Extract. cort. peruvian. drach. unam.
Solve in
Aq. fontan. unc. ſex.
adde
Liq. anod. min. Hofm. drach. unam.
Laud. liquid. Sydh. ſcrup. duos.
Mell. optim. unc. unam.

M. D.

S. Accipiat quavis hora cochlear unum.
Diæta portio dimidia.

Sic continuatis ad 23tiam Junii hiſce medicaminibus, dein conceſſa majore vini doſi ac portione integra, menſibus licet nondum reverſis, certe tamen, ſi ægra ſibi proſpiciat, reverſuris, vomitu omnino liberata, Noſocomium die 12ma Julii ſana dereliquit.

Sebaſt. Weyer.

Febris intermittens quotidiana.

Josephus Hoehn Carolostadianus, 22 annos natus, famuli munus agens, sat robusto præditus corpore per vitam nunquam non optime sanus fuerat, excepto, quod morbis infantilibus, quos tamen incolumis effugit, atque duobus abhinc annis, nervosa febre correptus laboraverit. Hiemis autem a. 1799 infestissimae frigori multum diuque expositus, ratione officii exigente, non potuit non delabi in eum valetudinis statum, qui vel levissimis accedentibus causis in morbum evaderet. Itaque elumbis, ut ait, jamjam factus ardentissimo nonnunquam solis per Majum ardore excitatam in agris sitim mitigaturus, et vestes seposuit, et magnam aquæ copiam, quavis data occasione, hausit, eoque rem brevi perduxit, ut labori sueto sustinendo amplius impar redderetur.

Nimirum mensis modo dicti diei 28væ sub vesperum anxietatis pressionisque ad præcordia molestias primum percepit. Accesserunt artuum dedolatio, nausea, pandiculatio, cephalalgia, horror ex spina dorsi ortus ad scapulas usque adscendens cum calore intercurrente et frequentissima oscitatione. Diei subsecutæ tempore pomeridiano horripilatio cum tussi gravissima, suffocationem fere minitanti iterum invasit, quam horis duabus transactis calor summus excepit, noctem versus in sudorem totius corporis reficientem terminatus atque in somnum placidum desinens.

Aeger medicum consulturus post aliquos paroxysmos adiit, a quo, sordes primarum viarum odorante, medicamen evacuans præscriptum per duos dies sursum deorsumque multum materiæ *corruptæ*, ut ille quidem opinabatur, eduxit,

febris interim acceſſionibus non ſolum non mitigatis, aut diſpulſis, ſed acrioribus redditis. Conſilii igitur non minus, quam auxilii expers, in inſtitutum Julii clinicum ut reciperetur, ſupplex die Junii 8va admiſſus, præter vix memorata ſymptomata exhibuit pulſus debiles, parvos, virium ſummam proſtrationem, abdomen intumidum, linguam muco albescente obductam, adpetitum cibi exiguum, alvi ſecretionem in ſtatu ſano verſantem, urinam turbidam cum ſedimento coloris lateritii.

Qualis morbus ſit, cum ne temporis quidem momento dubitare liceret, ordinabatur:

℞. Pulv. cort. Anguſtur. drach. dimid.
— — Cinamom. gran. ſex.
Sacch. albi. ſcrup. unum.
M.
F. Pulv. pro doſi. dent. tal. Nro. duodecim.
S. Capiat omni bihorio doſin. unam.

Pro potu ſit decoct. Specierum ordinarium, diebus apyreticis diæta portio quadrans, pyreticis autem portio plena.

Die 9na. Paroxysmus hora 1ma pomeridiana accedens frigore intenſo, duas horas durante ſtipatus; quod inſecutus eſt calor ad 6tam veſpertinam continuus, ubi ſudor tandem intravit. Cephalalgia gravis ſomnum fere pepulit; cetera eadem. Heſterna medicamina.

Die 10ma. Idem plane morbi ſtatus. Omnia eadem.

Die 11ma. Paroxysmus hora dimidia poſtpoſuit, nec, ut diebus ſuperioribus, vehemens fuit; æger magis adpetit: præterlapſa nocte placide dormivit; cetera eadem. Continuet in medica-

minibus ſupra praeſcriptis, quibus adde ante quemvis paroxysmum Laudan. liq. Sydenhami guttas quindecim.

Die 12ma. Eadem, ut heri, rerum conditio.

Die 13tia. Paroxysmus hora integra anticipavit, frigus et calor ſubſequutus mitiora. Medicamenta et Diæta eadem.

Die 14ta. Acceſſio febris eodem, ac heri, tempore ſuborta: frigus per dimidiam horam; calor imminutus. Cetera eadem. Heſterna medicamina.

Die 15ta. Paroxysmus horæ quadrante anticipavit. Reliqua eadem.

Die 16ta. Anticipatio paroxyſmi horae erat dimidiæ, ita, ut tertio quadrante horæ duodecimæ acceſſerit. Medicamenta et Diæta eadem.

Die 17ma ad 18vam. Eadem conditio. Præſcribitur:

℞. Pulv. cort. Anguſtur. ſcrp. duos.
— — Cinamom. gran. ſex.
Sacchar. albi. ſcrup. unum.
M.

F. Pulv. dentur tales doſes Nro. duodecim.
S. Capiat omni bihorio doſin unam.

Diæta eadem.

Die 19na. Idem morbi ſtatus. Hesterna medicamina et reliqua eadem.

Die 20ma. Paroxysmus mitior cunctis antecedentibus; horripilatio aliquorum tantummodo minutorum fuit; Heſterna medicamina.

Die 21ma. Omnia, uti ſuperioribus diebus, evenerunt. Heſterna medicamina.

Die 22da Apyrexia. Omnes functiones integræ, nec ulla, nisi de virium prostratione, querela.

Die 23tia. Undecima hora et dimidia paroxysmi levis quædam recrudescentia. Ordinatur:

℞. Pulv. cort. Angustur. drachm. dimidiam.
— — Cinamom. scrup. dimidium.
Sacchar. albi scrup. unum.
M.

F. Pulv. dentur tales doses Nro duodecim: Capiat, ut supra.

Die 24ta ad 25tam. Paroxysmi leves hora undecima accedentes. Cetera eadem, uti medicamina.

Die 26ta. Apyrexia. Major adpetitus ciborum; reliqua artuum delassatio; præscribitur:

℞. Vini amar. unc. sex.
DS. Sumat ter de die unciam unam.
Diæta dimidia.

Exinde recuperatis viribus æger restitutus 10ma Julii Nosocomium reliquit.

Sebast. Weyer.

Morbus scrophulosus.

Adamus Danecker, Gerbrunnensis, 20 annorum, (cujus pater eodem, quo filius conflictatur, morbo defunctus est,) jam a prima juventute corporis habitu, quem scrophulosum vocant, præditus fuit. Vix adultus ob rerum inopiam domesticarum munus subire mercenarii est coactus. Duris laboribus, domicilio humido, usuque alimentorum parco debilitas in dies augeri, parotides, glandulæque maxillares intumescere coeperunt. Quæ licet ita fuerint constituta, æger ta-

men labores, quantum poterat, continuavit, donec oneri ſuccumberet, lectoque teneretur, quum tumores glandularum ſupra memoratarum magis magisque increſcerent, ac inflammati in ſuppurationem abirent. Vexatus hiſce calamitatibus fere duobus ante annis in Clinicum chirurgicum receptus eſt, ubi aptis remediis, quoad fieri poterat, æger ſanitatem recuperavit. Domum reverſus quum potentias debilitantes nequiviſſet effugere, malum rediit priſtinum majori cum vigore. Aeger igitur Clinicum medicum ma Junii ingreſſus, receptusque accuſavit totius corporis laſſitudinem ac artuum dedolationem. Parotides, glandulæque maxillares tumuere. Uterque oculus inflammatione detentus; minus vero doluit, ita, ut ſatis perferre lucis radios poſſet, interim tamen continuum lacrymarum effluvium; palpebræ matutino tempore materia puriformi ſebacea conglutinatæ, alias ad dimidiam ſolummodo partem apertæ. Tunica albuginea utriusque oculi rubra; quandoque æger dolores, ardores, preſſionesque ſenſit ex oculis usque frontem aſcendentes. Oculi dextri cornea transparens macula obtecta, viſum et in hoc oculo magis, quam in ſiniſtro, impediente. Facies pallida; abdomen contractum, durum, pulſus parvi, debiles ac paulo, quam in ſtatu ſano, Frequentiores. Reliquæ functiones integræ. Præſcribitur:

℞. Calomel. optim. gran. unum.
Opii pur. gran. dimidium.
Sacchar. albi. gran. decem.
M.
F. Pulv. pro doſi. dentur tal. doſes duodecim.
S. Capiat ter de die doſin unam.
Pro potu habeat decoctum ordinarium.

Diæta portio quadrans. Regimen modice calidum.

Die 2da ad 3tiam. Symptomata eadem, uti et medicamina.

Die 4ta. Oculi ſiniſtri rubedo paulisper, dextri vero minime diminuta. Reliqua eadem. Repetantur pulveres, addatur ſequens:

℞. Mercur. præcipit. rubr. gran. ſex.
Aerugin. ſcrup. dimidium.
Tut: præparat. gran. quindecim.
Axung. porcin. unc. dimidiam.

M.

F. unguent.

D.

S. Ad lentis magnitudinem ter de die penicillo adplicetur oculis.

Die 5ta ad 7mam. Symptomata eadem.

Die 7ma. Uſu Mercurii orta Diarrhoea. Sumat æger bis per diem tantummodo unam doſin.

Die 8va. Oculus dexter uti et ſiniſter minus ruber. Diarrhoea uti et dolores oculorum ad frontem usque aſcendentes ceſſavere. Medicamenta et reliqua eadem.

Die 9na. Rubedo utriusque oculi fere diſparuit. Reliqua eadem. Aſt varia ſalivationis orta molimina, foetor oris metallicus, dentes ad levatos quaſi, dolentesque gingivas æger accuſavit. Haec igitur incommoda præpediendi cauſa pulveres omiſimus, in uſu unguenti ophthalmici tantum pergentes.

Die 10ma ad 13tiam. Eadem.

Die 14ta Oculi ſiniſtri rubedo pene omnino disparuit; nullus ejusdem dolor. Objecta hujus ope æger diſcrevit. Oculus dexter ſubruber,

parum dolorificus. Quum salivationis cessarent symptomata, continuavimus medicamina interna.

Die 15ta ad 19nam. Eadem oculorum conditio.

Die 20ma. Aeger horripilatione cum calore alternanti invasus, Diarrhoeaque aquosa: pulsus frequentiores; tumores parotidum et glandularum maxillarium increvere; major artuum lassitudo, adpetitus prostratus, insomnia; inquietudo, dolor capitis, vertigo. Seposuimus omnia hæc medicamina, et Diarrhoeam rheumaticam, quæ ob anni constitutionem regnabat, variosque alia labe adfectos ægros corripiebat, judicantes ordinavimus:

℞. Aq. flor. Sambuc. unc. sex.
Spirit. Minderer. unc. unam.
Tinct thebaic. scrup. unum.
Mell. optim. unc. unam.

M. D.

S. Sumat omni hora cochlear unum.

Diæta eadem. Regimen modice calidum.

Hoc medicaminum usu æger ad 1mam Julii continuato omnia dispulit symptomata. Ordinati denuo pulveres ex Mercurio et Opio, una cum Unguento ophthalmico.

Die 2da Julii. Tumores glandularum sensim sensimque minuti. Cetera, et medicamina, eadem.

Hæc remedia tam in quam externa ad 18vam continuata oculi utriusque rubedinem fere omnem abegerunt. Oculo sinistro optime discrevit æger res quascunque objectas; minus autem dextro, propter maculam nondum penitus sublatam. Nihilo tamen minus tantum utriusque oculi robur est,

quantum anteâ, ex ipſius ægri ſententia, nunquam fuerat. Tumores parotidum glandularumque maxillarium fere omnino evanidi. Facies lætior. Vires adauctæ. Pulſus, uti in ſtatu ſano. Abdomen molle. Propinavimus:

℞. Pulv. cort. peruvian unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. font. unc. duodecim.
ad remanent. unc. ſex.
Cola. Colatur. adde
Liq. anod. min. Hofm. ſcrup. unum.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Capiat quavis hora cochlear unum.

Quum vires ægri magis magisque reſtitutas, tumoresque glandularum ſenſim imminutos obſervaremus, præter decoctum corticis peruviani ægro commendavimus:

℞. Tinct. nerv. Beſtuchef. unc. dimidiam.
D.

S. Quater de die ſumat guttas viginti.

Hiſce medicamentis roborantibus, diætaque nutriente, uſque ad 3tiam Septembr. continuatis, quum Ophthalmia jam longo ex tempore omnino ſublata, ſcrophulæ omnino correctæ eſſent, inter redituri morbi vehementioris præſagia, ægro novis potentiis debilitantibus objecto, Noſodochium relinquere permiſimus.

C. *Schmitt.*

Tinea capitis.

Michael Troſt, Mellrichſtadianus, 14 annos natus, ſtudioſus, etſi tenera corporis conſtitutione præditus, ſemper tamen optime ſanus fuit.

Elapſo autumno, quum ad urbem noſtram muſis redditurus operam, rediiſſet, ob paupertatem vario frui victu coactus, mox cibis uſus eſt farinaceis, mox ex variis monaſteriorum culinis alimenta ſibi collegit; mox etiam famem diriſſimam ſuſtinuit. Domicilium, lectus et utenſilia paupertati reſponderunt: veſtimenta, lintea, aliaque ſimpliciſſima, pauca, impuraque fuere. Non itaque mirum, quod ob calamitates ſuas munditiem neglexerit atque poſtmodo adverſæ valetudinis ſenſerit molimina, ex quibus tinea capitis, qua, cum ſuis adhucdum vivens, nunquam conflictatus fuit, eminebat. Confugit hoc malo adfectus ad inſtitutum Noſodochii clinicum, ac die 12ma Junii receptus eſt. Invenimus corpus tenerum, gracile, faciem pallidam, reliquas vero functiones integras. Caput tinea foedum, quam partim immunditie, partim neglecta pilorum cultura ſibi contraxit. Integumenta capitis communia tam ulceribus foetidis, ichorem teterrimum ſpargentibus, fuere obſeſſa, quam tuberculis variæ magnitudinis, dolentibus, quorum alia indurata, alia cruſta quaſi obtecta, ex cujus apice ichor ſumme foetens ſtillavit, qui pilos conglutinando pediculis non paucis aſylum et originem præbuit.

Morbum tum ex prægreſſis tum ex præſentibus topicum cenſentes, capillos reſcindi, ulceribusque capitis omni veſpere carbonum recens uſtorum pulverem inſpergi et denique omni mane aqua ſapone mixta denuo ablui juſſimus.

Diæta, portio quadrans.

Die 13tia. Ichor foetidus odore multum emendatus fere omnino diſparuit, ac 14ta nullum amplius ſparſit foetorem.

Die 15ta. Magis magisque exſiccari ulcuſcula coeperunt. Cetera eadem.

Die 16ta. Cruſtam, qua paſſim obtecta fuere ulcuſcula, desquamatam jam vidimus. Ulcera ſanata adparuere; tubercula dura partim molleſcere, partim ſubſidere viſa.

Die 17ma. Eadem.

Die 18va. Caput omnino purum; continuavimus tamen per duos adhuc dies pulveris carbonici inſperſionem et uſum aquæ ſaponatæ, uti in initio ordinavimus. Adolescens horum inter remediorum uſum atque juſtam diætam majorem alacritatem corporisque toroſitatem adquiſivit. Facies ante pallida nunc magis rubuit, omnesque functiones integerrimæ obſervatæ. Interim ipſo nobis indicante, ſe antehac quandoque per alvum vermes edidiſſe, experimenti gratia die 22da ſequens ordinavimus.

℞. Pulv. rad. filic. mar.
— — Valerian.
— Semin. Cinæ aa. drach. duas.
— rad. jalapp. drach. unam.
Mell. optim. unc. quatuor.
M.
F. electuar. D.
S. Sumat omni bihorio cochlear parvum.

Utebatur per tres dies hoc medicamine, quo aliquoties per diem alvum depoſuit, ſed nunquam vermes fuere obſervati. Itaque ægrum tinea liberatum, cujus cauſa fuerat receptus, die 30ma Junii omnino ſanumdimiſimus.

Weigand.

Pterygium.

Franciscus Ruelius Sartor 23 annorum, Hochhemius ad Moguntiacum, ante hunc morbum a prima juventute ſemper optime valens, 13tia Maji die Noſocomium, opem medicam adverſus ſcabiem imploraturus contagione ſusceptam, ingreſſus recipitur, ſolitisque externis medicaminibus, ut ſupra indicavimus, v. g. oleo olivarum et axungia porci in unguentum redactis, ac uſu balneorum tepidorum brevi liberatur. Verum præterea, eum ex oculi alterius vitio laborantem videntes, omnem curam eo collocandam putavimus, ut et hoc, ſi fieri poſſet, tolleremus. Habebat autem cornea oculi dextri prope iridem maculam, lentis magnitudini ex æquo ſimilem, antehac pellucidam, jam vero opacam, ad quam ex interiore oculi angulo vas nutriens prima origine ex caruncula lacrymali unicum ſolummodo truncum ſiſtens, aliquarum tamen linearum intervallo ab angulo digreſſum in duos ramulos diviſum tranſibat. Cauſam, qua evenerit hoc malum, nullam, niſi nimiam oculorum ex aliquibus annis intenſionem, jamjam veſperaſcente coelo, accuſare ſe poſſe, æger fatebatur, neque enim unquam ſe Ophthalmia aut alio oculorum morbo fuiſſe conflictatum. Proxima igitur ſollicitudo nobis videbatur, ut iſte ſanguinis nutritii impediretur adfluxus. Vas ergo lanceola diſſectum. Quo facto omnis illa globi pars, per quam vas nutriens ad maculam usque pertinebat, velut ſanguine intus effuſo ſtagnante ruborem inducebat, quem diſpulſuri ordinavimus:

℞. Extract. Saturn. drach. unam.
Aq. fontan. unc. ſex.
Spirit. vin. rectif. unc. dimidiam.

M. D.

S. Linteolo adplicetur oculo.

Uſu hujus medicaminis per aliquot dies continuato ſugillatio illa ceſſit, atque macula etiam minui viſa. Hinc præſcripſimus:

℞. Olei nuc. jugland. drach. unam.

D.

S. Guttatim ter de die inſtilletur oculo.

Sed hoc medicamine primum egregie proficienti, poſthac, quum vas ſectum denuo coaluiſſe deprehenderemus, abſtinentes, altera vice lanceolam in auxilium vocavimus, et ſugillatione, diſſectionem vaſis inſequente, ſupra laudato remedio ſublata, ordinavimus:

℞. Olei nuc. jugland. drach. tres.
Extract. cicutæ. drach. unam.
Sal. c. c. volatil. gran. octo.

M. D.

S. Penicillo ad oculum adplicetur.

Magis inde magisque malum decreſcebat, ita, ut æger nobis lætus brevi adnuntiaret, pellucidam reddi maculam, ſeque oculum, ex quo jam per duos annos laboraviſſet, omnino ſentire confortatum. Itaque, quum ipſe peteret, ut Noſocomio exire ſibi liceret, die 19na Junii, annuimus, ſuadentes, ut pergeret medicamine modo recenſito uti.

Quem exinde in via obvium mihi factum aliquoties interrogavi, quomodo ſe haberet, atque ipſemet oculi inſpectione malum fere omnino abactum convictus fui.

Thomas A. Ruland.

Cephalaea periodica.

Joſephus Dormanz Oſtgallenſis, 36 annos natus, faber lignarius ſolitis ſtipatam morbis juventutem quum tranſegiſſet, anno ætatis 25mo febrem intermittentem vernalem, qua epidemice tum graſſanti correptus fuit, ſub congrua medela felici marte devicit. Nullo ex iis, quos febres intermittentes non raro habent pediſſequos, remanente morbo, læta, paucis interrupta moleſtiis, gaudet ſanitate.

Annum agens 36mum ſub initio menſis Junii, quo tempore febres intermittentes admodum frequentes apud nos contigere, ullius, qua ſibi morbum poterat conſciſcere, cauſæ neſcius, dolorem perſentit vellicantem ſupra palpebram oculi dextri ſuperiorem, per diem quidem totum vexantem, ſed matutino præſertim tempore ab hora 7ma usque ad 10mam, qua ſubito remiſit, tanta cum vehementia urgentem, ut incepta deponere penſa cogeretur. Integris functionibus reliquis per 5 dies absque ullo medicamine quum morbum tuliſſet, die 7ma Junii ad nos confugit. Præter dolorem fixum, de quo dixi, nil morboſi offendimus. Morbum topicum declarantes bona ſub prognoſi adplicandum loco dolenti veſicans imponimus, una cum tartari emetici granulo uno

in Aq. fontan destillatæ unciis quatuor soluto adjuncto, cujus solutionis cochlear unum in singulas horas distribuimus, pro diæta portionem dimidiam et pro potu Decoctum ordinarium usurpare ægrum jubentes. Regimen modice calidum.

Die 10ma Junii. Parum imminuto dolorum furore sicco vesicatorii loco, priori medicamento substituimus corticis peruviani drachmam dimidiam omni trihorio sumendam.

Usu hujus remedii in dies magis decrescente dolore die Junii 15ta sanus omnino dimittitur.

G. *Adelmann.*

JULIUS.

Dies 1ma et 2da calida, coelumque passim nubibus fuit tectum. Diei 3tiæ percalidæ ad vesperam tonitrua. Dies 5ta cum 6ta percalida; 4ta vero et 7ma tonitrua vespertina habuerunt. Ab 8va ad 12mam magnus calor; præterea 8va et 10ma meridianas pluvias, 11ma matutinas, induxere. Dies 12ma ventosa, pluviosa. A 13tia usque 23tam ingrata plerumque, ventosa pluviosaque fuit tempestas. Ab illa ad 25tam calidum, pluviosum tempus. Dies 26ta calida. Diei 27ma calentis ac amoenæ horas matutinas nebulæ turbarunt. Dies 28va calida per noctem pluviis infesta. A 29na ad finem mensis ingrata, ventosa, pluviosa tempestas.

Qui observati sunt morbi per hunc mensem, acuti fuere catarrhi, anginae, ophthalmiæ, sic dictæ rheumaticæ, rheumatismi lenissimæ indolis, hinc facili negotio profligandi. Sæpe regimini moderate calido ac potibus copiosis tepidis cedebant. Præter hosce continuabant Diarrhoeæ ac morbilli, eandem, quam priori mense indicavi, tractandi methodum, quum ejusdem fuerint naturæ, expostulantes. Interdum et videbantur febres nervosæ, quarum indolem ex historia infra enarranda facile dignosces. Plurimi autem morbi erant chronici, quorum aliquos præ reliquis notatu digniores mox adferam.

Febries nervofa.

Georgius Müller, faber clavarius, Wipfeldenfis annum agens 17mum, inde ab infantia bene fanus apud parentes fuos læta forte gavifus vitam degit, dum ante biennium fefe in urbem noftram conferens fuam tyronis operam collocaret. Multis confeftim, antea non fuetis, laboribus, ut opifices tyrones folent, obnoxius effe coepit, folitoque fub parentum cura victu carens, viliori etiam uti coactus frequenter per hebdomadas integras nullis, nifi vegetabilibus utcunque recreatus fuit efculentis. Viribus igitur fenfim fenfimque frangebatur juvenis, alioquin nequaquam robuftus, fed tenera potius et laxa fibrarum compagne præditus atque hanc folam ob caufam in morbos afthenicos maxime pronus. Hoc vivendi genere opportunitas aucta in verum morbum nova fuperveniente potentia nocente non tranfire non poterat.

Nimirum ante dies 14, quum, ferventiffimo folis ardore, præterea pro opificii ratione ad ignem opus ageret, ita incalefcebat, ut maximam frigidæ copiam ingurgitaret atque adeo ventis perflantibus infimul corpus exponeret calefactum. Mox dein horrefcebat cum infequenti aeftu, refpirationis difficultate ac ventriculi preffione. Herus juvenem, cui ne tantum quidem ciborum, quantum famem expleret, concefferat, plus jufto adfumfiffe, incufans, ftatim ventriculum exoneraturus, medicamento obruebat, quo ingefto æger fexies et alvum deponebat et vomebat. Hac fyftematis univerfi commotione, neque minus evacuatione nimia corpus jamjam debile magis adhucdum infirmabatur; vires prorfus evanefce-

bant, adpetitus dejiciebatur; ventriculi preſſio et reſpirandi difficultas augebantur; cephalalgia evaſit ſumma; ſenſus ſtupidi; aures tinniebant; auditus difficilis; artuum adgravatio et laſſitudo.

His ſymptomatibus preſſus ac operæ amplius præſtandæ impar in cubile opificum ad Noſoconium juliæum delegatus, die 9na Julii receptus præter ſupra dicta oſtendebat faciem pallidam, collapſam, oculos triſtes, colorem faciei flaveſcentem; linguam aridam muco albo obductam; ſitim magnam, calores per totum corpus urentes ac pulſus parvos, debiles, frequentes. Ordinabatur:

℞. Pulv. rad. Valerian. drach. tres.
infunde c. Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. Colatur. adde
Liquor. anod. min. Hofm. ſcrup. duos.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochlear unum.
Pro potu ſit decoctum ordinarium et vinum aqua dilutum.

Diæta portio quadrans.

Veſperi. Aegrum inviſens ſymptomata, quin exacerbarentur, eadem, ac matutino tempore, inveniebam.

Die 10ma. De nocte ſomnus nullus: cephalalgia gravis, aurium tinnitus continuus; abdomen intumidum ab adtactu dolens; alvus nulla. Pulſus parvi, debiles. Detur clyſma emolliens, cetera medicamina continuentur.

Veſperi. Symptomatum levis, ad ægri ſenſum, exacerbatio. Pulſus, quam mane, frequentiores, paulo tamen elatiores. Continuentur medicamina.

Die 11ma. Nox prægreſſa inquieta: calor ſummus, ſomnum pellens, aurium ſuſurrus inſigniter moleſtus, cephalalgia ſub ortum diei minor; ſtupiditas evaneſcere paululum; cetera eadem, uti medicamina.

Veſperi. Nulla prorſus exacerbatio.

Die 12ma. Idem morbi ſtatus, eædemque præterlapſa nocte, ac ſuperiori fuerant, moleſtiæ. Continuentur medicamina, ita vero, ut æger quavis hora capiat cochlear unum.

Die 13tia et 14ta. Aeger melius ſeſe habet; capitis dolor fere evanidus; ſomnus per noctes aliquot horarum accedit; calores minuuntur; adpetitus redit; pulſus elatiores, tardiores. Cetera eadem. Medicamina heſterna.

Die 15ta. Bona æque, ac ſuperioribus diebus 13tia et 14ta ægri conditio. Præſcribitur:

℞. Aq. Meliſſ. unc. ſex.
Extract. cortic. peruvian. drach. unam et dimidiam.
Liq. anod. min. Hofm. ſcrup. duos.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni bihorio cochlear unum; habeatque diætam dimidiam.

Die 16ta ad 18vam. Omnia omnino morbi veſtigia ita diſparuere, ut æger ſe paſſim valere adſereret, excepto, quod auditus difficultas in priſtino perſeverare ſtatu pergeret.

Mox, examinato ægro, jamdudum hanc difficultatem adfuiſſe, nec ſequelam præſentis morbi (febris nervoſæ) cenſendam, comperimus. Neque tamen aliam nobis cauſam reſciſcere licuit. Proinde, quod plurimis ejusmodi morbis mede-

lam, certe levamen adtulisse constabat, sequens in usum vocavimus:

℞. Camphor. optim. gran. duo.
Sacchar. alb. scrup. unum.
M.
F. pulv. dent. tal. doses novem.
S. Sumat omni trihorio dosin unam.
Præterea nuchæ imponatur vesicatorium.

Die 19na ad 23tiam. In primis vesicatorio multum aquæ serosæ evacuatum; et auditus facilior reddi coepit, ut æger depressa etiam voce interrogantibus rite responderet; effluxus materiei aquosæ ex eo loco, quo vesicatorium fuerat collocatum, per aliquos dies haud interrupte continuatus et usus Camphoræ tantum effecere, ut molestiæ pene omnes evanescerent. Atque ita conditione in dies meliori fruens æger justo etiam plus, sibi indulgere visus, contra, quam præceptum erat, omnia, quæ sub manus veniebant, esculenta avide devorabat, ita, ut fere in eundem morbum relaberetur. Diarrhoea exoriebatur gravis, valde debilitans; cui obventuri ordinavimus:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. unam.
coq. c. Aq. fontan. unc. sedecim.
ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur, adde
Laud. liq. Sydenh. gutt. quindecim.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochlear unum.

Hoc per nonnullos dies continuato remedio quodvis tandem incommodum disparuit, atque ipse petens æger, ut dimitteretur, die 28va Julii Nosocomio excessit sanus.

Th. A. Ruland.

Scabies.

Barbara Mejer Wirceburgensis, annum 18vum agens; ancilla corpore vegeto, optimaque semper sanitate gaudens, quatuor abhinc septimanis scabie ex contactu adfecta fuit. Paucis ab accepto miasmate diebus elapsis pustulæ jam variæ magnitudinis articulos manuum digitorumque obsidentes erupere. Plerumque in initio exiguæ ac solitariæ fuerunt, ad fundum subrubræ, ad apicem albescentes, levi pruritu dissilientes, serumque acre limpidum fundentes; sub progressu vero magis magisque in parvas quasi bullas elevabantur, obsidebantque brachia, manus, crura, passim et reliquum corpus. Eundem fere adspectum pustulis hisce obsessa ægra exhibuit, ac si variolis ad finem vergente suppurationis stadio, esset conflictata. Aliquæ discretæ fuere; plurimæ vero inter se confluxerunt. Manus, brachia et pedes, adflictæ præ reliquis maxime partes, ita intumuere, ut vix manus, vixque digitos movere ægra valuerit. Ceterum puella, ante semper sana, pallida, et animo et corpore dejecta, inquieta, nulloque ob continuum pruritum somno recreata fuit. Querebatur tantummodo de adpetitu prostrato: reliquæ functiones erant integræ. Confugit hac calamitate adfecta in Nosodochium, admissa die 18va Julii.

Instituto examine invenimus memorata, porro continuum pustularum pruritum atque fluorem album, quem durante exanthemate experta est ægra; ceterum menstrua regularia.

Quum morbum ex contagio topicum censuerimus, ac reliqua incommoda ex locali hac adfectione dijudicaverimus, ordinabantur et topica

remedia. Itaque majores pustulas scalpelli ope incidi jussimus, atque crura, brachia et manus, quæ pustularum maxima pars obsidebat, postmodum inspersimus pulvere carbonum quovis vespere; aqua sapone mixta, ut mane abstergerentur, præcipientes. Diæta erat portio quadrans, et pro potu aqua communis. Regimen moderate calidum.

Continuato per duos dies hoc medicamine tumor manuum pedumque evanescit, ulcera siccescunt, facies rubet; redit corporis vigor, robur, adpetitus. Disparet fluor albus. Somnus revertitur; cutis pustularumque pruritus cessat. Continuantur medicamen, diæta et regimen eadem per sex dies, quibus elapsis neque ulla dictarum indicia molestiarum, neque scabiem amplius vidimus. Pustulæ itaque tam incisæ, quam sibi relictæ disparuere: immo omnes vidimus functiones integerrimas, corporis alacritatem, animumque hilarem. Ad conciliandam nunc cuticulæ munditiem, confirmandamque sanitatem ordinavimus balnea tepida, quibus per quadrantem horae immoraretur; hisce exin quotidie ad 10mam Augusti eo cum eventu est usa, ut eadem die omnino sanata e Nosocomio dimitteretur.

Sebast. Weyer.

Icterus.

Regina Merkler, Nosocomii ancilla, Versbacensis, 54 annos nata, valido corporis habitu prædita ex prima juventute omni fere morbo semper fuit immunis. Ante tres autem annos febri correpta est nervosa, qua per 6 septimanas decubuit.

Medio menſe Junio a. c. dolorem preſſorium ac profundum Hypochondrii dextri per intervalla redeuntem animadvertit, quem quum absque ſingulari perferret difficultate, vix ulla dignum attentione cenſebat. Die autem Julii 1ma dolor iſte adeo increvit, ut negotiis peragendis impar lecto ſe tenere coacta fuerit. Oris inſimul amarorem, ſiccitatem, ciborum nauſeam, cardialgiam alvique ſegnitiem incuſavit, quæ omnia carni pingui die priori adſumtæ tribuit. Pulſus frequentes ac pleni.

Symptomatibus hiſce cauſaque prægreſſa invitati, deſiderio inſuper ægrotantis ipſius impulſi ſolutionem Tartari emetici exhibuimus, qua hauſta multum materiei pituitoſæ, tenacis cum reliquiis carnis prius adſumtæ tribus vicibus evomuit, alvumque bis ea die depoſuit. Magnum exinde percepit levamen; diebus ſubſecutis præter dolorem memoratum ſeſe ſat bene habet. Julii autem 8va dolori huic adhucdum perſiſtenti magna artuum laſſitudo, vertigo, omnium ciborum nauſea, ſitis magna, multa alvi ſegnities, quæ intra 3 aut 4 dies vix ſemel mota eſt, horror inſimul ac æſtus fugitivi, aliquoties per diem exacerbantes, et inſomnia acceſſere. Pulſus erant frequentes, parvi; facies ac reliquæ partes corporis flavedine, uti et cornea tranſparens tincta. Ordinavimus.

℞. Extract. Taraxac. unc. dimidiam.
— trifol. ſibrin. drach. unam.
Aq. fontan. unc. ſex.
Liq. anod. min. Hofm. drach. dimidiam.
Tinct. rhei aquoſæ.
Syrup. Cichor. c. rheo aa. drach. ſex.
M. D.

S. Capiat omni bihorio cochlearia duo.

℞. Liniment. volatil. camphorat. unc. duas.
Unguent. mercurial. unc. dimidiam.

M. D.

S. Pro inunctione Hypochondrii dextri nucis avellanæ adinſtar omni mane ac veſperi.

Diæta plena, pro potu decoctum ordinarium; regimen modice calidum. Medicamina hæc per triduum continuata parum levaminis inducebant. Lateris enim dextri dolor, artuum dedolatio, nauſea, vertigo et inſomnia eadem adhuc vehementia perſtitere. Oculi atque totius corporis ſuperficies colore ex atro flavo ſunt obducta. Lotium ex nigro fuſcum, alvi excreta cinereum albicantem retulere colorem. Abdomen tumuit, ad latus dextrum ſenſus quidam duritiei admoto digito ſeſe exhibuit. Ordinavimus hinc die 12ma ſequentia:

℞. Extract. Taraxac. unc. dimidiam.
Aq. Meliſſ. unc. ſex.
Aether. Vitriol. ſcrup. duos.
Syrup. Menth. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

℞. Herb. Marrub.
— Millefolii.
Flor. Chamomill.
rad. Valerian. aa. unc. unam.

M. D.

S. Species pro clysmate, quod omni mane ac veſperi ad uncias quatuor infuſi injiciatur. Continuabantur Linimentum, Diæta et regimen.

Die 13tia ad 14tam. Eadem conditio.

Die 15ta. Artuum dedolatio, vertigo et nausea paululum remisere, cetera, et medicamina, eadem.

Die 16ta et 17ma. Eadem.

Die 18va. Symptomatum plurimorum remissio, immo abfuit vertigo atque artuum dedolatio, uti etiam lateris dolor et flavedo corporis decrevere. Pulsus tardi ac pleni. Ciborum nausea, victus præsertim animalis, alvique segnities et reliqua, uti ante, reperta. Continuentur singula.

A die 19na ad 21mam usque Symptomata supra recensita ut plurimum remisere. Lateris vero dolor adhuc idem, eademque adpetitus dejectio. Neque tamen ea amplius alvi segnities, quam omni fere die deposuit. Excreta colorem reddidere magis flavescentem atque corporis calor sano jam magis accessit. Continuando singula, mixturæ duas Extracti gentianæ drachmas adposuimus.

Die 22da, 23tia et 25ta. Eadem rerum conditio, usque dum

Die 25ta dolor lateris memoratus paulo magis imminueretur, per intervalla tantum plurium horarum rediens. Nulla corporis atque oculorum flavedo, lotii atque excrementorum alvi ea, ac in sanis, qualitas; immo etiam redux ciborum adpetitus. Per noctes, ut plurimum somnus bonus; nulla prorsus querela, nisi de sudore nocturno et lassitudinis sensu. Continuavimus inunctiones et clysmata. Per os adsumenda præscripsimus:

℞. Extract. Taraxac.
— trifol. fibrin.
Sapon. venet. aa. scrup. quatuor.
Mercur. dulc. gran. quindecim.
M.

F. l. a. pilul. pond. gran. duorum, consperg. pulv. cort. cinamom.

D.

S. Ter de die 6 pilullas adsumat. Cetera eadem.

Die 26ta, 27ma et 28va. Symptomata eadem. Continuentur remedia.

Die 29na. Sudores nocturni frequentiores. Cetera eadem. Continuentur omnia, habeatque insimul:

℞. Elixir. acid. Haller. drach. duas.

D.

S. Ter de die guttas octo vasculo aquæ communis tribus horis post pilullas adsumtas capiat.

Medicaminibus hisce per triduum continuatis sudores non solum, sed et lateris dolor maximam partem evanuere. Superfuit solummodo sensatio ejusdem regionis quædam pungens per intervalla revertens. Neque corporis superficies, neque oculi amplius flavescere, colore naturali reverso. Sola adhuc corporis, præcipue vero ventriculi debilitas. Hinc priora seponentes medicamina ordinavimus:

℞. Aq. Menth. piperit, unc. quatuor.
Extract. gent. rubr. drach. unam. et dimidiam.
Liq. anod. min. Hofm. scrup. duos.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum. Diæta portio quadrans; pro potu sit vinum generosum, aqua dilutum.

Die 3tia Augusti ad 5tam usque omnia eadem. Eadem medicamina.

Die 6ta. Lateris dolor, præcipue per noctem major; et venter paululum tumens. Facies pallida, tumore oedematoso quasi, nec minus etiam pal-

pebræ tumescebant. Aegra tristis et dedolata incedebat. Pulsus parvi ac debiles, ceteræ functiones integræ. Ordinabatur:

℞. Aq. Menth. piperit unc. quatuor.
Extract. trifol. fibrin.
— cort. peruvian. aa. drach. unam.
— Squillæ gran. sex.
Syrup. Menth. unc. unam.
M. D.

S. Capiat, ut prius.

Die 7ma et 8va. Status idem, medicamina hesterna.

Die 9na. Dolor lateris valdopere imminutus, vix enim bis per diem levi impetu ægram invasit; ceterum corporis torositas increvit. Non ullus faciei, nec palpebrarum tumor; somnus per noctem quietus; alvus ut in statu sano aperta; urina flava; adpetitus bonus.

A die 9na ad 15tam usque omnis lateris dolor evanuit. Functiones omnes integerrimæ. Aegra nil porro, nisi cardiæ pressionem post cibum adsumtum, conquesta. Hinc omni medicamento omisso præscriptum est:

℞. Vin. amar. unc. octo.
D.

S. Capiat ter de die vasculum dimidium. Cetera eadem.

Quo remedio per 8 dies continuato omnino sana quæ erat 23tia Augusti, curam dereliquit.

Heller.

Ischias nervosa Cotunni.

Maria Knorr, Eibelstadiensis ad Moenum, 46 annos nata, inde ab infantia, modo illi ætati

proprios, quos felix evasit, morbos excipias, optime semper sana fuit. Neque etiam, quum postea 21mo ætatis anno munus suscepisset ancillæ, per hujus temporis spatium ullius morbi infestantis tulit molestias, utut gravibus objecta laboribus, sub victu exilissimo, ac interdum vehementibus animi commotionibus egisset vitam.

Fluxum periodicum 15to anno, multis comitantibus ingressum moliminibus; v. g. imi ventris et lumborum doloribus, experta, postmodo regularem, levioribus hisce incommodis passa est, usque dum 30mo vitæ anno evanescens ex illo nulla sui indicia amplius proderet. Causas autem, de quibus siluerit, recensere alias nequit, nisi quod, celebrato duobus ante annis cum vinitore matrimonio, exin opera agresti frigidam inter humidamque tempestatem, ipsa quoque menstruationis periodo, multum fuerit occupata, ita, ut frequentius tota quanta madefieret. Mense igitur Aprili superioris anni opus in vinea agens, decidente pluvia, frigidiorique tempestate vexata subito horrescere, insimul etiam calere coepit. Dolor artuum lancinatorius cum cephalalgia conjunctus, sudore excitato brevi absque ullo aliorum medicaminum usu cessavit. Ante duos vero menses simile multoque vehementius malum ingruit. Dolor in vicinia ossis sacri a refrigerio iterum suscepto ortus, post majorem femoris trochanterem per nervi ischiadici decursum vim suam extendit atque ad plantam pedis usque descendens ita sæviit, ut incedere omnino non posset. Agyrtæ opem ægra implorans variis sine ullo eventu remediis usa tandem in Nosocomium juliæum confugit, ibique die 22da Junii est recepta hæc insuper Symptomata 23tia ostendens:

Faciem fenilem, flavescentem, corpus paulisper emaciatum; crus tamen et femur adfectum alteri ex integro fimile; nullum tumorem, neque ruborem per directionem nervi ifchiadici; fomnum ex doloris vehementia nunquam accedentem; ceteras functiones integras. Pulfus debiles, tardos. Ordinavimus:

℞. Sulph. aurat. antimon. gran. dimidium.
Extract. Aconit. gran. unum.
Sacch. albi. fcrup. dimidium.
M.

F. pulv. dentur. tal. dofes novem.
S. Capiat quavis hora dofin unam.

Adplicentur veficatoria, qua rubefacientia per directionem nervi ifchiadici, ita, ut fere quotidie fuperiori novum inferius adjungatur.

Diæta portio quadrans; pro potu fit decoctum ordinarium.

Die 24ta. Dolores iidem; vertigo, oculorum obnebulatio, cetera eadem; medicamina quovis bihorio adfumenda.

Die 25ta ad 27mam. Vertigo et oculorum obnebulatio ceffaverant; nocte vero diei 27mæ dolorum tanta vehementia acceffit, ut ægra dormire ne minimo quidem temporis fpatio poffet; cetera eadem. Continuentur medicamina et Diæta.

Die 28va. Aegræ de iis, quæ modo dixi denuo conqueftæ, præfcribitur;

℞. Opii pur. gran. dimidium.
Pulv. rad. ipecacuanh. gran. quadrans.
Sacchar. alb. fcrup. unum.
M.

F. Pulv. dentur. tal. dofes quatuor.
S. Capiat mane ac vefperi dofin unam.

Omittatur extractum Aconiti, in ceteris continuetur.

Die 29na Junii ad 2dam Julii fere idem morbi ſtatus, et medicaminum eorundem uſus.

Die 2da Julii. Aegra melius ſeſe habuit. Dolores remiſere; faciei colorem nacta lætiorem incedere valuit. Pro medicamine exhibuimus ſolummodo:

℞. Opii pur. gran. dimidium.
Sacchar. albi ſcrup. dimidium.
M.
F. Pulv. dentur. tal. doſes novem, quibus eodem modo, ac ſupra, utatur.

Die 3tia ad 12mam. Uſu horum medicaminum ægra fere reſtituta quum 12ma Julii frigida ac ventoſa tempeſtate noxam incautior admiſiſſet, malum recruduit, cui jam opponebatur:

℞. Camphor. gran. tria.
Sacchar. alb. ſcrup. dimidium.
M.
F. Pulv. dent. tales doſes novem.
S. Singulo trihorio capiat doſin unam. Cetera eadem.

Die 13tia ad 18vam. Symptomata paulum immiuuta; ſupervenit Diarrhoea. Exhibitæ quovis veſperi laudan. liq. Sydenhami guttæ decem. Cetera eadem. Veſicatorium, qua rubefaciens iterum adplicetur.

Die 18va ad 24tam. Idem morbi ſtatus, ac 2da Julii ad 12mam, atque ita perdurabant omnia uſque ad 29nam, qua die ordinabatur:

℞. Flor. Arnic. drach. duas.
infunde
Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. Colatur adde

Spirit. Minderer. unc. unam. et dimidiam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

℞. Liniment. volatil. camphorat. unc. duas.
D.

S. Pro frictionibus loco dolenti adplicandis.
Cetera eadem.

Die 30ma Julii ad 2dam Augusti. Dolores egregie minuti; somnus de nocte placidor; sudores universales multum allevantes. Pulsus antehac parvi et debiles, jam multo esse fortiores coeperunt. Cetera eadem.

Die 2da Augusti. Aegra nil, nisi debilitatem incusavit amplius; adpetitus optimus; omnes functiones integræ. Ordinavimus:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. fontan. unc. sedecim ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur adde
Spirit. Minderer. unc. unam et dimidiam.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

Pergat præterea inungere Liniment. volatil. camphorat.

Die 3tia Augusti. Quum ægra jam perfecte incedere et cubiculum relinquere valeret, balneis tepidis uti jussa, (quæ, quod sunt remotiora, adhiberi non potuerunt, nisi ægram deportari in ea curaremus) ita convaluit, ut, quum decies diebus alternis sese abluisset, non dubitaremus, eam, ut integre sanatam ex Nosocomio dimittere atque adeo die 24ta Augusti egressa est.

Horschler.

AUGUSTUS.

Dies 1ma, 2da et 3tia calida fuit coelumque nubibus tectum. Dies 4ta et 5ta calida, ventosa, sparsim pluviosa. A 6ta ad 9nam calida tempestas, perque noctem 9næ tonitrua cum pluviis. Ex 10ma ad 14tam calidam, præter 12mam et 13tiam quoque ventosam et nubeculosam, 15tæ vesperum versus tonitrua et pluviæ ingruebant. Eadem auræ conditio 16ta et 17ma fuit, quam in Vesperum vergentem, pluviis infestam 18va cum 19na calida, nec minus ventosa excepit. Dies 20ma mane nebulosa, ceterum calida nubeculosa fuit, 21ma pluviosa. Dein ad 24tam calidus aer, coelum passim nubibus tectum, die 25ta cum 26ta pluviis ingrata. Tempus 27ma et 28va mane nebulosum, de cetero calidum, amoenum ad finem usque mensis, excepta 29na pluviosa.

Per hunc mensem continuavere in urbe nostra morbilli, ut prioribus mensibus, sic et nunc lenissima procedentes indole. Præ reliquis teneram hominum ætatem amavit morbus, quo interim et adulti fuere detenti. Verum methodo jam designata continuo evanuit hostis, isque facile negotio: negligentia vero parentum, aut infantum incuria, quum morbi indoles sat benigna, indeque stadio desquamationis morbus jam profligatus videretur, regimine justo calido minime observato, haud sane raro accidit, ut tussi im-

portuna, ſicca, reſpiratione difficili infantes angerentur, aut ophthalmiis mulctarentur. Oculi enim lucem fugientes rubebant, lacrymæ continuo e palpebrarum angulis fluebant cutem adrodentes. Infantum ſomno expergefactorum palpebras mucus conglutinabat, quas inter calamitates febrim ſemper animadverti, veſpertino tempore exacerbatam. Pulſus centies et ultra micabant. Caput aut dolorificum aut vertiginoſum; adpetitus projectus; ægri viribus languentes. Ophthalmiam hanc atque peripneumoniam, ſeu pectoris varias adfectiones aſthenicæ indolis fere ſemper cenſui, quum ex morbo vel neglecto, vel accedentibus variis deprimentibus potentiis, v. g. regimine frigido, perfrigerio, medicaminibus nimis debilitantibus, vel ex ipſa longiore morbi duratione, vel ex ægri tenera conſtitutione, vel opportunitate in aſtheniam ortum duxerint. Itaque adhibui pro vario debilitatis gradu excitantia varia. Præ omnibus antimonialia, camphora, opium et Veſicatoria nuchæ adplicata ſummam et celerrimam præſtitere opem. Levi morbo ſemper antimonialia præſcripſi; pertinaci autem malo reliqua juncta propinata egregia fuere. Quibus moleſta tuſſis, ſæpe evanido jam morbo ultra 14 et plures dies continuans, ſuperſtitit, iis decoctum Lichenis islandici opio nuptum miros præſtitit effectus.

Morbillorum diverſum obſervavi eruptionis tempus, nec ſemper tertia, quarta vel quinta die, ſed et octava, nona, immo decima ex febris inſultu, qua denique ſuis cum Symptomatibus adparebant. Hæc autem conditio ſemper fuit infantum tenerorum, mollium, delicatulorum; in robore pollentibus, optimaque fruentibus ſani-

tate regularis continuo obſervata eruptio. Delicatuli morbo hoc adflicti mirum in modum, uſque dum eruptio perageretur, moleſtabantur; morbilli enim mox adparuere, mox evanuere; eruptio ratione partium irregularis; mox enim facies, mox pectus, mox extremitates hoc primum exanthema oſtenderunt. Quod quam diu immobile fuit, tam diu graviter laboravere; hoc enim in ſtadio pectus fuit oppreſſum, anxium, infantes pallidi friguere, tuſſicula ſicca infeſtati, ita, ut ſuffocatio vitæ miſerculorum finem imponere videretur. Hæc ipſa illis ſors accidit, qui ſtatim invaſionis morbi tempore diarrhoea aquoſa fuere exhauſti. Nullibi tamen hæc incommoda, niſi per totum corpus completa adparuerit eruptio morbillorum, profligari potuerunt; cui promovendæ inſerviebant ſolummodo excitantia, inter quæ vel camphora vel opium eminuit adhibitis inſimul potibus copioſis tepidis ac regimine modice calido. Medicamina hæcce partita doſi pro ratione ætatis atque debilitatis diſpenſavi. Infantes, qui ob corporis agilitatem, qua ſæpiſſime tenentur, aut inquietudinem morboſam non poterant obſervare regimen modice calidum, aut lectis incluſos non remanentes veſtimento e panno laneo (Flanell) confecto indui juſſi et hac ſola tractandi methodo intra breve temporis ſpatium non raro vidi morbillos per univerſam corporis periphæriam prorupiſſe.

Alios morbos neque in urbe, neque noſtra in vicinia, neque in Noſodochio noſtro epidemice graſſantes conſpexi. Frequentiſſima fuit diarrhoea, perfrigerio aliisque potentiis debilitantibus orta, ideoque facillime methodo excitante profliganda. Dyſenteriam ſemel tantum in No-

ſocomio noſtro animadverti, uti ex hiſtoria elucet, unicam item ægrotam ex hoc morbo in urbe tractavi. Utroque in ægro morbus ſat levis fuit et præcipue opio, tam ore adſumto, quam per anum injecto diſpulſus. Reliqui morbi ex claſſe chronicorum nil memoratu dignum obtulere, quod referam. Ex acutis, ut ajunt, et ſporadicis eminent peripneumonia et febris nervoſa, præcipue ex hæmorrhagia uteri frequente orta, quarum hiſtorias infra enarrabo.

Peripneumonia, quam obſervavi, ut quilibet ex morbi hiſtoria perſpiciet, fuit ſthenica. Cauſarum enim præcedentium nexus, atque præſentia ſymptomata talem hujus morbi indolem ſatis edocent. Aſt quomodo explicabis febrem intermittentem, ſublata peripneumonia ſtatim incedentem? Febris enim intermittens ab omnibus fere inter morborum aſthenicorum claſſem numeratur et duplex morbi conditio, ſthenica, quæ fuit peripneumonia noſtra, et aſthenica, uti febris intermittens, in uno eodemque ſubjecto eodem tempore exiſtere nequeunt. Exinde jure arguere poſſumus, febrim talem non adfuiſſe in initio ac vigore peripneumoniæ, ſed tantum hac ſublata eſſe conſecutam. Etenim ut morbus ſthenicus in aſthenicum mutetur, variæ neceſſario adſint cauſæ, quæ vel auctam incitationem mirum in modum diminuant, vel ita porro augeant, ut indirecta debilitas inducatur. Sed neque per morbi durationem atque vigorem, neque potentiis excitantibus aucta fuit incitatio, neque medicamina incitationem deprimentia nimium in modum ſunt adhibita, ſed caute ſemper adminiſtrata. Interim tamen morbus natus eſt aſthenicus, nempe febris intermittens. Ex obſervatis itaque ſequitur:

peripneumoniam *vel* ſthenicæ indolis non fuiſſe; cui tamen repugnant cauſarum præcedentium nexus atque phaenomena præſentia; *vel* adhibitis medicaminibus, ſcilicet venæſectione, hirudinibus, ſalibus mediis etc. incitationem auctam ſolitum ultra juſtumque modum a nobis eſſe imminutam, cui quidem reſpondet conjectura, minime vero ratiocinium: *vel* denique non omnes febres intermittentes aſthenicæ eſſe indolis, concludere licet. *Clegborn*, *Sydenbam*, *Nicolai*, *Stoll*, *Vogel* aliique laudant in quibusdam febribus intermittentibus, certe quæ aut inflammatoriæ indolis, aut uti ajunt, cujusdam partis inflammationi junctæ ſunt, Venæſectiones. Itaque clar. de Haen in theſibus ſuis de Febr. divis. p. 139. narrat. ſequentia: „ „æger hemitritæa tertii generis laborans ſæviſſimum lateris dolorem quovis die impari patiebatur, die vero pari minime. Poſt 14tum diem „tertiana ſepties adorta ſilebat; continua autem „perſeverans, in hecticam brevi mutata adparebat, donec 30. morbi die rupto absceſſu duæ „libræ puris ore rejicerentur.“ — Videtur ergo ex hiſce obſervationibus meum confirmatum de febre intermittente judicium; nempe non omnes febres intermittentes aſthenicas eſſe, dari inflammatorias, aut junctas partis cujusdam inflammationi, uti et in noſtro ægro, ubi peripneumonia inſimul adfuit. Hiſce accedit, quod non ſatis perſpectam habeamus febris intermittentis naturam, ideoque nimis præceps mihi videtur diviſio, qua eas ad aſthenicos morbos ſumus relaturi. Præterea frequenti experientia edocemur, mox naſci tales febres potentiis nimium incitantibus, in corpore vegeto ſatque robuſto, inflammatomatoriumque progigni characterem; mox oriri

potentiis deprimentibus, nervoſamque induci indolem; quare minime dubito, febres intermittentes dividi poſſe in *ſthenicas* et aſthenicas.

In noſtro quidem ægro ex adcurate inſtituto examine non patuit, an peripneumonia ſtatim in initio febri intermittente ſtipata inceſſerit. Aeger enim ad pectoris incommoda, queis gravibus adficiebatur, attentior, quam ad reliqua Symptomata, narravit nobis, tantummodo bis ſe horripilatione cum calore ſubſequenti eſſe correptum, ſed febris typum neque animadvertit, neque potuit animadvertere. Igitur incerti ſemper hæſimus, febris intermittens ſtatim ab initio adfuerit, nec ne? Peripneumonia fuerit morbus primarius, an ſecundarius? Num ipſa, ut Symptoma, uti ſæpius contingit, febri intermittenti acceſſerit?

Interim, quam hic adtuli, ſententiam, diverſam nempe dari febris intermittentis indolem, non confeſtim ut veram ventilare audeo, facile id, ut eruatur verum, judicio aliorum gravium virorum relinquens, quantum in me erit, ſemper ſatagam, pluribus obſervationibus detegere veritatem.

Ceterum tamen convictus ſum, exiſtere morbos ſthenicos tam univerſales, quam locales, v. g. peripneumoniam. Qui, quum aucta incitatio adhibitis congruis remediis remiſerit, typum febris intermittentis amplectuntur, aut ſimulant febrim intermittentem, quam quidem, non veram, ſed ſpuriam judico. Adeſt enim Febris ejusmodi, quæ magis denominari mereatur perfecte quaſi remittens, quam intermittens. Talis ubi adparuerit, ſemper boni augurii eſt; indicat enim inflammationem vel brevi abituram, vel omnino jam ſufflaminatam. Forſan et eadem in noſtro ægro fuit rerum conditio!! Hinc adſentior vario-

rum celebrium auctorum effatis: dari peripneumoniam cum febre intermittente, seu ut ajunt peripneumoniam intermittentem *, febrim nempe; quæ jure ad peripneumoniam referri potest. Ejusmodi adfectiones non sunt symptomata febrilis insultus censenda, ut clar. *Cappel* ait: nil esse, nisi sanguinis congestiones versus pulmones, quæ eorum structuram parum lædunt, sed ut morbus ipse sunt respicienda, quæ existunt cum pulmonum læsione, unde et febris typum intermittentem amplexa ortum suum trahit.

Febris nervosa, de qua exponam, uti jam dixi, frequente uteri hæmorrhagia aliisque causis deprimentibus orta est. Non raro in praxi videmus foeminas libidinosas, maritatas, gravidas, parturientes, viduas aut alias, quæ jam peperere, hæmorrhagiis uteri esse obnoxias: nunquam autem, vel rarissime, virgines sanguinis procellas ex utero amittunt. Talis hæmorrhagia, quam vocant asthenicam, semper cum vitæ periculo decurrit; ægræ, si non exhaustæ succumbunt, saltem, nisi felix et celerrima ars administratur, in varios ruunt morbos asthenicos, quibus sensim contabescunt; ideoque ex tali profluvio orta videmus febrem lentam, hydropem, hysteriam, convulsiones, tabem dorsalem, et, uti in ægra nostra, febrim nervosam, quæ certe, justa arte silente, in febrem hecticam seu hydropem desiisset.

Hæmorrhagia talis solidorum atoniam aut debilitatem vel universalem vel topicam, id est, uteri agnoscit; hinc, quum vasa debiliora sint, quam quæ momento sanguinis contenti resistere valeant, immensa hujus copia prorumpit.

---

* Reil über die Erkenntniss und Cur der Fieber II. B.

Debilitas hæc vel eſt innata, vel adquiſita. Innata in iis obſervatur, quæ a parentibus exhauſtis, debilibus, variis morbis, aliisque potentiis deprimentibus deſtructis progeneratæ ſunt, inde diſpoſitionem ſic dictam debilem præ ſe ferentes. Obſervatur enim in iis fibrarum ſtructura tenera, gracilis, facies pallida, cutis tumida, laxa, oculi lugubres arcu livido cincti, corporis et animi dejectio; cordis artuumque tremor, præcipue ad levem motum auctus, extremitatum frigus; pulſus parvi, debiles; adfectiones hyſtericæ, omnium functionum difficultas, inertia, læſio. Attamen raro hæc per ſe morbum procreabit diſpoſitio, niſi aliæ accedant potentiæ debilitantes, vel univerſales, vel locales.

Adquiſita autem oritur variis cauſis, fibrarum incitationem diminuentibus, quæ v. g. ſunt vita miſera, otioſa, ſedentaria libidinoſaque, mollior educatio: quapropter de illuſtribus præcipue hæmorrhagia ex debilitate orta prædicari poteſt; victus tenuis, farinaceus, glutinoſus; aer corruptus, incluſus, nimis calidus, aut gelidus, refrigerium; varii morbi tam vitæ genere, uti ſyphilis, quam infelici fato adquiſiti, uti diarrhoea, dyſenteria, febris nervoſa; medicamina purgantia, mercurialia et reliq: ſæpius exantlati abortus; uteri hæmorrhagiæ ac puerperia, præcipue ſi puerpera, (quod ægræ noſtræ accidit) tempore puerperii inter ſanguinea uteri profluvia miſerrimam vitam, moerore ac triſtitia plenam, aliisque deprimentibus animi pathematibus ſtipatam agere debet. Non itaque mirum hiſce potentiis imminui incitationem ita, ut vaſa uterina ſanguinem continere nequeant, eumque procellarum adinſtar eructent. Talis hæmorrhagia, niſi con-

grua medendi methodo cohibita, certe vel mortem vel alia mala procreabit. Ipſa enim a potentiis debilitantibus enata, magis magisque incitationem, ut nova potentia debilitans, exhauriet et felix ſemper erit ars, quæ ejusmodi ægrotam hæmorrhagia exhauſtam atque in febre nervoſa verſantem excitantium atque roborantium medicaminum diuturniore uſu ex orci faucibus eripuerit.

Ne autem ægræ aſthenica uteri hæmorrhagia laborantes in morbos ruant ſecundarios; requiritur, ut ſtatim ſiſtatur adparens; id, quod efficitur, quum pro gradu debilitatis et morbi, a medico ex cauſis præcedentibus dijudicandi, excitantia, roborantia atque nutrientia tam externe, quam interne adhibeantur. Præter hæc, quæ incitationem imminuant, evitentur, verum, quæ augeant, obſerventur. Hinc generalis eſt regula, ut animi quies et corporis, ſitusque horizontalis in lecto plumis vacuo ſervetur, ut incumbant ægræ ſtramentis vel pulvinaribus ſeta equina refertis, ut ne obtegantur ſtragulis aut ſtringantur veſtimentis. Regimen ſit modice calidum, neque cubiculum nimio fornacis calore incaleſcat. Diæta ſit parca, vino tamen et aromaticis condita. Potus aquoſi, vino vel ſpiritu vini miſceantur.

Externe abdomini, regioni oſſis ſacri, partibusque verendorum externis adhibeantur calidæ fomentationes ac injectiones per vaginam, minime ex frigida paratæ, quæ debilitent, ſed ex variis herbis, corticibus ac radicibus aromaticis amarisque aqua decoctis, quibus vini generoſi, præcipue rubri, pars quædam admiſcenda eſt.

Laudari quidem ab aliis in tali hæmorrhagia fomenta frigida, injectiones per vaginam frigidas, glaciem, molesque glaciatas vaginæ immittendas, non ignoro; ast jure a nuperis frigus, ut summe debilitans agnoscitur, quod variis argumentis jam satis demonstratum est, quare et in hæmorrhagia asthenica seu passiva nuncupata nocet plurimum. Exempla, quæ leguntur, hæmorrhagiarum fomentis frigidis feliciter sanatarum, videntur non asthenicæ, sed potius sthenicæ indolis fuisse; quibus nimirum antecesserit semper potentia quædam incitationem adaugens, v. g. partus difficilis, instrumentorum ope prolectus et similia. At si ejusmodi potentiæ etiam non præcesserint et hæmorrhagia reapse asthenica fuerit, male tamen exin frigori sanatio tribuitur. Namquæ præter fomenta illa frigida quis nescit, alia quoque interna excitantia atque roborantia medicamina fuisse adhibita, quibus potius, quam illis, medela possit adscribi? Sæpius etiam observamus, morbos quandoque asthenicos remediis excitantibus per tempus aliquod tractatos ægrius sanari; exhibitis autem per breve tempus inter horum usum debilitantibus, citius justo profligari, diminuta scilicet incitatione. Hoc enim modo fit, ut, incitabilitate debilitantibus aucta, dein remedia excitantia majorem vim exerere majoremque incitationem procreare valeant. Hinc prosunt quandoque fomenta frigida in morbis asthenicis inter excitantium cumulum.

Prosunt porro maxime in tali morbo clysmata ex decocto corticis peruviani cum opio ac liquore anodino Hofmanni parata; frictiones abdominis, pressiones, fasciæ, quibus abdomen ligetur, cucurbitulæ siccæ, mammis aut regioni

hypochondriacæ imponendæ. Interna in usum vocanda sunt, ut jam dixi, excitantia atque roborantia; quorum ceteris palmam praeripiunt opium, naphta, elixirium acidum Halleri, tinctura cinamomi, cortex pevuvianus ac denique martialia, uti ex suo capite satis est cognitum.

Morbilli.

Clara Arnold, Gamburgensis 15 annorum, puella vegeta, inde a teneris annis bene nutrita, praeterquam quod morbis infanteum propriis correpta fuerit, semper optime valrns, ante dimidium annum menstrua primum, ast non regularia hucusque, ac per aliquod tempus cessantia iterum, experta, egregie adhuc sese habuerat.

Die 17ma Augusti, cum antehac infans, cujus agit custodiam, morbillis decubuisset, iterumque fuisset persanatus, sine ulla causa nobis cognita sub Vesperum subito horrescit, caletque vicissim cum aliqua respirationis difficultate, ac capitis adgravatione. Lectum igitur, ab hero jussa, petiit, et, quod plerumque fieri solet, potum theatum hausit. Interim ad Symptomata recensita, eaque adaucta, adeo nova accesserunt graviora. Tussis sicca, coryza, narium obstructio, oculorum pruritus, lacrymatio, faucium dolor, sensus ponderis pectori incumbentis, cephalalgia.

Hoc rerum statu noctem subsecutam cum die 18va absque ullo medicaminum usu transegit. Vesperi exacerbatio quaedam, nec tamen, uti aegra refert, tanta erat, quanta pridie fuit. Nox acta insomnis. Sitis, calor, atque respirationis difficultas inprimis molesta. Diei tandem 19næ

hora matutina 10ma videns aegram, inveni ad cutem, praecipue faciei, reliquis tamen corporis partibus, pectore, ventre ac extremitatibus neutiquam liberis, maculas rubras, confertissimas, pulicum morsibus maxime similes, ac supra cutem paulum prominentes, quod percipi digito admoto luculentius potuit. Eruptionis stadio symptomata, quæ recensui, graviora, cum prorupissent, mitiora fuisse reddita, ex ægra comperitur. Pulsus frequentes, subduri. Cum igitur nullum omnino de morbi natura superesset dubium, ægræ eadem die 19na receptæ exhibetur:

℞. Aq. fontan. unc. sex.
Spir. Minderer. unc. unam et dimidiam.
Syrup. rubi idæi. unc. unam.
M. D.

S. Omni hora capiat cochlear unum.

Diæta plena: pro potu sit Decoct. Specier. ordinarium.

Vesperi: levis quædam exacerbatio symptomatum. Continuetur in omnibus.

Die 20ma. De nocte somnus nullus, ob tussis auctam vehementiam atque cephalalgiam: sitis plurima; oculi lucis incidentibus radiis illacrymantur; pulsus pleni, frequentes. Cetera eadem, uti quoque medicamina.

Vesperi. Febris exacerbata: insignis respirandi difficultas, tussis molestissima. Pergat iisdem uti medicaminibus.

Die 21ma. Eadem omnia, ac heri, præter capitis dolorem paulo minorem. Eadem medicamenta.

Die 22da. Præter oculos lucis impatientes, reliqua Symptomata multum decrevere: respiratio liberior, tussis non ita frequens; exanthematis

florescentia summa, pulsus, uti in statu sano, observantur, cetera item integra. Medicamenta eadem.

Vesperi: nulla exacerbatio animadversa.

Die 23tia. Idem morbi status, ac hesterna die; præscribitur:

℞. Aqua flor. Sambuc. unc. septem.
Spir. Minderer unc. unam et dimidiam.
Vin. antimon. Huxh. drachm. unam.
Syrup. Diacod. unc. unam.

M. D.

S. Capiat singulis horis cochl. unum.

Diæta et reliqua eadem.

Die 24ta. Aegra nihil accusat, nisi tussim et oculos ad lucem sensibiliores: superiori nocte multum sudaverat, indeque levamen aliquod perceperat. Pulsus frequentes, fortes. Cetera eadem.

Die 25ta. Aegra omnibus symptomatibus libera, præterquam tussi et exin proveniente pectoris exigua adfectione: cutis, præcipue faciei, per furfures desquamari incipit.

Seponantur præscripta die 23tia medicamina; utatur solummodo Decocto lichen. islandici.

Die 26ta. Nox bona; placide dormivit ægra; multum sudavit — jamque reliquæ corporis partes incipiunt desquamari. Pergat in Decocto supra nominato.

Hac medendi methodo ægra satis brevi tempore liberata fuit, ut eam flagitantem die 28va dimiserimus, hoc tantum suadentes, ut lichene islandico continuaret per aliquod tempus uti: ex quo eam cum vidissem, nullum a morbo residuum fuisse incommodum, (ut tussim molestam) comperio.

Thomas A. Ruland.

Dyſenteria nervoſa.

Jacobus Poſauner, Hagenavienſis, textor 32 annos natus, habitu corporis cachectico a prima juventute nulli morbo ſuccubuit, excepto, quod frequentibus catarrhis hiemalibus et vernalibus fuerit vexatus. Quamdiu in urbe noſtra vixit, ſanus et alacris munere ſuo fungebatur. Die vero 21mæ Auguſti 1799 dum pedibus nudis per plures horas ultro citroque discurrerat, ſubita horripilatione cum calore alternanti doloribusque dentium lancinantibus eſt correptus. Qui quum die 24ta iterum evanuiſſent, diarrhoea vehementi dolore, tenesmo ac torminibus moleſta, quin ullam cauſam occaſionalem æger animadverteret, in ſcenam prodiit. Foeces ſæpiſſime, copia paucas, quotidie cum abdominis diris cruciatibus tenesmo adſociatis depoſuit, neſcius, utrum materiæ per alvum evacuatæ cruor immixtus fuerit, nec ne. Quam quum potu Caffeæ ſine lacte et multo ſpiritu vini ſiſtere tentaret, minime levata multo potius augebatur. Vires minui, anorexia, vomituritio comparere coeperunt. Hoc malo detentus die 26ta Auguſti inſtitutum Noſocomii clinicum adiens receptus eſt.

Accuſavit æger frequentem ac implacabilem deſidendi cupiditatem nixu majore, quam qui materiæ excernendæ moli reſponderet: cephalæam, vertiginem, ſuſurrum aurium, oris amarorem, adpetitum proſtratum. Calor cutis auctus reperiebatur; cutis ſicca, lingua arida; virium tanta proſtratio, ut motu leviſſimo animi deliquium enaſceretur. Pulſus frequentes, parvi, debiles. Præſcripſimus:

℞. Aquæ flor. Sambuc. unc. ſeptem.
Laudan. liq. Sydenh. ſcrup. unum.
Spirit. Minderer.
Syrup. Diacod. aa. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochlear unum.

℞. Flor. Chamomill. unc. duas.
D.
S. pro potu theato.

Porro ordinata ſunt clysmata ex amylo cum laudan. liquid. Sydenh. guttis quindecim quater de die adplicanda, et linimentum volatile camphoratum abdomine infricandum.

Diæta tenuis vino parata, pro potu ſit præter decoctum ordinarium menſura vini generoſi quadrans.

Die 27ma. Somnus inſomniis interruptus. Sexies tantummodo elapſa nocte alvum depoſuit cum tenesmo minore et minutis abdominis cruciatibus. Cutis ardor, lingua humida, ſitis minor. Cetera eadem. Ordinabatur.

℞. Aquæ Flor. Sambuc. unc. ſeptem.
Napht. Vitriol. ſcrup. duos.
Laud. liq. Sydenh. ſcrup. unum.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.
S. Capiat quavis hora cochlear unum. Reliqua medicamina et Diæta eadem.

Die 28va. Nox quieta nullis turbata inſomniis. Alvum ſemel tantum depoſuit absque tenesmo et ullis torminibus. Caput ninus occupatum: adpetitus redux; proſtratio virium imminuta. Sitis minor. Cutis madida, minusque ardens. Pulſus tardiores, fortiores. Ordinabatur:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. dimidiam.
Coque cum Aq. font. unc. ſedecim.
ad remanentiam unc. octo.
Cola. Colatur adde
Napht. Vitriol. ſcrup. duos.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum. Cetera medicamina continuentur.

Diæta portio dimidia.

Pro potu habeat menſuram vini generoſi dimidiam, aqua diluendi.

Die 29na. Eadem rerum conditio.

Die 30ma. Aeger accuſavit mingendi difficultatem, totiusque corporis laſſitudinem.

Reliquae functiones, uti in ſtatu ſano.

Clysmata omittantur et æger ſumat mixturæ antea præſcriptæ cochlear unum quovis bihorio.

Die 31ma. Difficultas mingendi diſparuit. Adpetitum æger dejectum conqueſtus ac laſſitudinem totius corporis. Excretio alvina, uti in ſtatu ſano.

Sumat æger mixturæ ſupra dictæ omni hora cochlear unum. Reliqua eadem.

Die 1ma Septembris. Nulla ægri, niſi de laſſitudine, querela. Medicamina eadem, uti et Diæta.

Die 2da. Omnia eadem. Ordinabatur:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. font. unc. ſedecim.
Ad remanentiam unc. octo.
Cola, in Colatur. diſſolve
Extract. gentian. rubr. drach. unam.

adde

Napht. Vitriol. ſcrup. duos.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Quavis hora capiat cochlear unum.

Hiſce remediis per reliquum tempus utens, cibo lautiore ac vino recreatus die 3tia Septembris, æger in integrum reſtitutus, noſodochio exiit.

C. Schmitt.

Peripneumonia ſthenica.

Ignatius Popp Amorbacenſis, 29 annos natus, coriarius haud mediocri corporis robore gaudens, diei 22dæ Auguſti mane in ſcholam clinicam defertur. Inſignem prodit reſpirandi difficultatem qualibet aeris inhalatione, cum ponderis in imo thorace hærentis ſenſu, adauctam; pectoris oppreſſionem, tuſſim ſiccam, moleſtam, qua quandoque parum pituitæ cum ſtriis ſanguineis, ſæpe florido etiam ſanguine, ore rejicitur. Rubella facies, tumida; pulſus pleni, ſubduri, cutis cum lingua arida, ſapor oris amarus, æſtus et ſitis ingens; artuum dedolatio; alvus per 2 jam dies obſtructa, adpetitus nullus, abdomen paulisper tenſum, cephalæa et oculorum languor, morbi non exigui ſuſpicionem præſentibus movent. De morbi cauſa interroganti medico, ſeſe praegreſſæ diei Auguſti 17mæ ſub veſperum vehementi excanduiſſe ira, fatetur, quam febris gravis cum reſpiratione difficili et ſanguinis floridi magnæ quantitatis rejectione multam inter tuſſim exceperit; hauſtam vini menſuram non modo nil pro-

fuisse, sed et morbum continuo sumsisse incrementa, ita ut lecto se committere, fuerit coactus. Porro se, ait; dum domi suæ versaretur, antea jam tribus vicibus pectoris morbo laborasse, venæsectione semper vincendo, ceterum optime continuo valuisse, nec unquam usum fuisse medicaminibus. Ex relatis itaque, prægressas nempe causas cum symptomatum congerie et feliciter jam antehac adhibita medendi methodo debilitante, conferentes, peripneumoniam sthenicæ indolis judicavimus, quare cruoris uncias sex mitti curamus, porrecta simul medicina tali:

℞. Nitri depurat. drach. unam.
Solve in
Aq. fontan. unc. sex. adde
Oxymell. simplic. unc. unam.
M. D.
S: Capiat omni hora cochlear magnum.

Præter hæc clysmata ex speciebus emollientibus cum arcani duplicati drachmis duabus singulo additis injicimus.

Diæta inanis; regimen modice frigidum. Potus ex decocto ordinario.

Vespere. Hora 5ta vehementi frigore concutitur æger, durante fere per integram horam. Succedit calor per 4 fere horas urgens cum ingenti cephalæa, ardore cutis, siti et anxietate summa; pulsibus plenis, duris, frequentibus, aucta tussi sicca; majore respirandi difficultate, pressionis in imo thorace sensu, ac ingrata oris amaritie, quibus omnibus symptomatibus sudor largus finem imposuit. Bis medicina et clysmata alvum sollicitaverant.

Die 23tia. Fugit prægressa nocte ægrum somnus. Crusta pleuritica tegit emissum sanguinem.

Pulſus molliores, tardiores, mador cutis, reſpiratio paulo liberior, minuta ſitis. Abdomen mollius. Tuſſis moleſta ſicca cum ponderis in imo thorace haerentis ſenſu eodem vigore continuat. Oris amarities nulla. Cetera eadem. Adplicentur thoraci hirudines ſeptem. Medicamina et diaeta continuentur:

Veſpere. Optime ſe habuit usque ad horam 5tam, qua redit febris, praeterquam quod pectoris adfectione etiam extra febris inſultum detineatur. Vehemens igitur frigus exceptum a vehementi calore eisdem, quibus veſperi praegreſſo, ſymptomatibus cincto, meticuloſum aegri animum proſternit. Tuſſis et reſpirationis difficultas, quae minus ante paroxysmum urgebant, auctis nunc viribus invadunt; ponderis hucusque in pectore haerentis ſenſus abit in dolores lancinantes, per totam thoracis cavitatem vagos. Sudor iterum maximo cum levamine cutem arentem irrorat.

Die 24ta. Somnus nocte ſuperiori fere nullus. Parca tuſſis, vix ulla ducendi Spiritus difficultas, nullus in thorace doloris ſenſus, aut ponderis. Pulſuum ſatis fortium lentor, uti in ſtatu ſano. Madida cutis; ſitis minime excedens. Adpetitus melior, cephalaea nulla, alvus aperta. Continuetur in medicaminibus.

Veſpere. Hora 8va febrilis inſultus eadem, qua diebus praeterlapſis, ferocitate aegrum adgreditur, hora demum 3tia matutina benigno ſudore ſolutus. Multo tamen mitiora pectoris adfecti ſymptomata.

Die 25ta. Nox inſomnis. Reſpiratio fere naturalis. Nullus per thoracem preſſionis, dolorisve ſenſus, pulſus adhuc molles, forteſque,

tuſſis nulla, ſitis evanida, calor, ut in ſtatu ſano, adpetitus auctus, cutis temperies ſana.

De febris intermittentis cum peripneumonia jam fugata connubio non amplius dubii haerentes, ordinamus:

℞. Sal. ammoniac. drach. unam.
Solve in Aq. fontan. unc. ſeptem.
adde
Oxymell. ſimplic. unc. unam.
M. D.

S. Capiat quavis hora cochlear unum. Diaeta eadem.

Veſpere. Eadem hora revertitur febris, nec vehementia nec tempore, per quod viguit, imminutis.

Die 26ta. Nox inſomnis. Reliqua, ac mane praegreſſo. Eadem continuentur medicamina.

Veſpere. Hora 10ma febris paroxysmus; tertia matutina evanescit cum ſudore.

Die 27ma. Debilitas magna. Pulſuum robur minutum. Nox inſomnis, animus dejectus. Ordinabatur:

℞. Alcohol. cort. peruvian. drach. dimidiam.
Dent. tales doſes duodecim.
S. Capiat omni bihorio doſin unam.

Diaeta portio quadrans; regimen modice calidum.

Veſpere. Hora 12ma mediae noctis febris prodromi adparent. Sequitur febris tempus matutinum verſus protracta, ſudore ſoluta.

Die 28va. Magna debilitas. Triſtitia ſumma, rediturae febris metus. Pulſus molles lentore naturali gaudentes. Medicina eadem. Quatuor ante paroxysmum, totidem poſtea, horis, ut ne-

quid comedat, aegro praecipimus. Proximus priusquam ingrediatur paroxysmus, laudani liq. Sydenh. guttas decem capiat.

Die 29na. Hora 6ta matutina febris eadem, qua semper, vehementia invadit. Cetera eadem. Ordinatur:

℞. Pulv. cort. peruvian. scrup. duos.

Dentur tal. doses duodecim.

S. Capiat omni bihorio dosin unam, cum guttis laudan. liq. Sydenh. decem ante paroxysmum proximum sumendis. Diæta et regimen eadem.

Die 30ma. Hora 8va matutina paroxysmus febrilis, cujus vi nil adhuc detraxerat cortex peruvianus. Faciei adest pallor, oculorum languor, debilitas insignis, pulsus molles; modice pleni, lenti. Quindecim in posterum ante paroxysmum Laud. liquid. guttas sumat, in ceteris continuet:

Die 31ma. Bona satis, ut ceteris diebus apyreticis, ægri conditio.

Die 1ma Septembris. Hora 9na matutina febris accessio, idemque, ac heri, vigor. Cetera eadem. Augetur chinæ dosis ad drachmam integram, in reliquorum usu æger persistit.

Die 2da. Hora 11ma matutina febris revertitur eadem, qua semper, vehementia. Aeger moestissimus.

Capiat ante febris accessionem proximam laud. liq. Sydenhami guttas viginti.

Die 3tia. Hora 12ma mitior redit febris. Aeger hilarior. China et opium eadem dosi exhibita, ac praecedenti die, continuantur.

Die 4ta. Febris quidem hora 12ma prodromi; nec tamen ipſa redit. China continuatur ad drachmam dimidiam exhibita. Cetera eadem.

Die 5ta. Oris amaror, de quo et ſenſu ponderis circa præcordia hærentis per totum morbi decurſum, præcipue poſt quemlibet inſultum febrilem, horis aliquot conquerebatur æger, evanuere, ita, ut hac die et ſequenti optime valeret.

Die 6ta. Aeger nil, præter debilitatem, accuſat.

Redeunt tantum chinæ, hujusque ægro pertæſo, elixirii roborantis Roberti Whyttii ſub uſu vires, ſomnus, adpetitus, artuum vigor, animi hilaritas, omniumque functionum reliquarum integritas, et continuato medicamine additaque lautiori diæta priſtinam nactus ſanitatem die 26ta Septembris Noſodochio valedicit.

G. Adelmann.

Febris nervoſa.

N. N. 34 annos nata, ab ætate tenera, ne illo quidem tempore excepto, quo morbi infantiles et fluxus menſtrui inſtantis pericula urgent, incolumi uſa eſt valetudine. Corpore gaudens ſat robuſto vegetoque ancillæ ſervitio per duodecim annos et ultra victum adquiſivit. Annum agentis 34tum frangi animus, facies pallere, paſſim diminui corporis vigor coepit, quin domeſticorum aliquis cauſam hujus ſubitæ mutationis cognoſceret. Aſt non ita multo poſt ex increſcente paſſim ventris intumeſcentia ſuſpicio graviditatis orta ægram revelare domeſticis commiſſum crimen coegit. Jam, quum ante paucos

annos prima vice puerperio defuncta fuiſſet, ab omnibus objurgatam perpetrati facinoris poenitentia, ortus ex jactura rei, quam integram ſervare ſtuduerat, pudor, deperdita apud ſuos, qua fruebatur, æſtimatio, meticuloſus quoad futura animus, funeſtique forſan puerperii metus, una cum conſtitutione epidemica non parum contulere ad conciliandam gravidæ febrem tertianam, quam congruis medicamentis feliciter intra 8 dierum ſpatium devictam paulo poſt, ſeptimo nempe graviditatis menſe ſubito excepit abortus. Enixa gemellos ab hæmorrhagia uteri ſæpius revertente tantaque ſanguinis profuſi quantitate ſtipata, ut animam fere exhalaverit, ita ſe debilitatam ſenſit, ut, ne dicam pedibus inſiſtere, ſed vix lecto ſurgere poſſet. Vegetabilis et crudus, quo in obſtretricis domo veſcebatur, victus, mala, quam a ſociis experiebatur, tractatio, aer inſpiratus putridus ac ſomnii defectus morbi vehementiam ita adauxere, ut repetita animi deliquia, inſignis corporis macies, cephalæa diu noctuque vexans, aurium ſuſurrus, deliria muſſitantia ſomniaque terribilia, adpetitus proſtratio, inſultus febriles vagi, pulſus debiles, frequentes, nec minus ingens animi dejectio vitæ minarentur.

Rebus abſolutis, quæ ad partum puerperiumque ſpectant, omnibus, die Julii 28va in Noſocomium delata recipiebatur. Exſuccum quaſi corpus, faciem triſtem, pallidam, lacrimantes ac in ſuum cavum regreſſos velut oculos, qui morbi vehementiam animique prodebant triſtitiam, labia inter loquendum tremula, arcum circa orbitam utramque lividum, cutem calore naturali præcipue in utraque extremitate deſtitutam, motuum animalium imbecillitatem, hæc, inquam, nobis

exhibuit obſervanda. Præter hæc menſtrua nulla, lingua arida, pulſus debiles, frequentes, cum parvo cibi potusque adpetitu, cephalæa continua, tinnitus aurium, viſus obnubilatio, inſomnia, ſopor, paſſimque blanda adfuere deliria.

Qualem cenſeremus morbum, facile patebat, præcipue conferentibus cauſas prægreſſas et ſymptomata præſentia. Ergo ordinabatur:

℞. Cort. peruvian. unc. unam.
Coq. c. Aq. fontan. unc. ſedecim.
ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur. adde
Tinct cinamom. drach. tres.
Aether. Vitriol. drach. unam.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochlear unum.

Diæta animalis ex carne tenera; juscula vino et ovis parata; pro potu vinum aqua diluendum alternatim cum decocto lichen. islandici.

Veſpere. Exacerbatio Symptomatum quædam.

Die 29na. Somnus de nocte imaginationis ludibriis nequaquam interruptus, ſed placide per 2 fere horas protractus. Pulſus fortior, animus hilarior, adpetitus melior. Cutis calor adauctus. Cetera eadem, uti medicamina.

Veſpere. Lenis admodum febris exacerbatio.

Die 30ma. Somnus prægreſſa nocte ægram ſumme refecit. Pulſus tardiores, fortiores. Debilitas adhuc magna, caput amplius non adfectum. Adpetitus redux. Continuentur medicamina. Cetera eadem.

Veſpere. Exacerbationis idem, ac heſternæ, modus. Continuetur in omnibus.

Die 31ma. Omnia eadem.
Die 1ma Augusti. Eadem.

Die 2da. Placide ægra dormivit. Fortiores, quam die prægressa, pulsus nimii medicaminum stimuli timorem nobis injecerunt; quapropter tincturam cinamomi ex mixtura omisimus. Robur corporis majus, alvus naturalis, melior adpetitus.

Vespere. Exacerbatio nulla, nec unquam in posterum rediit.

Die 3tia. Omnia, ut heri. Pulsuum tamen robur et velocitas remisit. Atque ab hac die ad usque.

Diem 12mam, corporis vires sensim increvere. Adpetitus, uti in statu sano, lætior faciei rubedo, pulsus paulisper frequentes, ceterum sani. Animi hilaritas et oculorum ignes rediere, nec ullus adparuit amplius pedum tumor, quo tribus ante diebus fuerat correpta. Aegram, si abesset debilitas et corporis macies, sanam putares. Omnes enim functiones integræ. Ordinabatur:

℞. Aethiop. martial. gran. tria.
cort. cinamom. gran. decem.
Sacchar. alb. scrup. unum.
M. F.
Pulv. dentur tales doses novem.
S. Capiat omni trihorio dosin unam.
Continuetur insuper decoctum chinae.
Diæta eadem.

A 12ma ad 17mam optime aegra sese habuit, qua demum ultima die sudor matutinus vires ægræ consumens intravit; pulsus fortes quidem, ast frequentiores fuere. Hæc eadem phaenomena.

Die 18va ad 21mam quum se obtulissent, marti renuntiavimus, Decoctum chinæ in usum

vocantes, cui addidimus *Elixirii acidi Halleri* drachmam dimidiam. Cetera eadem.

A 21ma ad 25tam eadem; ſudores matutini urgentes. Hinc ordinabantur, præter mixturam e decocto chinæ et elixirio acido *Halleri*, balnea tepida, quibus quotidie veſperum verſus ad horam quadrantem utebantur.

Die 26ta et 27ma. Prægreſſa nocte ſudores nulli; pulſus adhuc frequentes. Balneis ſe ita refectam ægra ſenſit, ut eorum a nobis continuationem enixe flagitaret. Continuavimus itaque balnea alternis diebus adhibenda, eadem porreximus medicamina, et, quum vires de die in diem increſcerent, omnesque integræ functiones eſſent, conceſſimus portionem dimidiam cum dimidia item vini menſura. His usque ad 24tam Septembris diem adhibitis vidimus corporis animique vigorem reſtitutum, quare, nondum licet adparente fluxu menſtruo, quem ſub vita laborioſiore et majori motu animali facilius rediturum eſſe, credidimus, ea ipſa die ægram dimiſimus ſanam et incolumen.

Adelmann.

SEPTEMBER.

Nox 1mae diei, ut reliqua dies, ventoſa, pluvioſa; 2da ventoſa, ingrata, frigida. A 3tia ad 8vam calida tempeſtas; coelum autem nubibus erat tectum. Die 8va valde frigidum fuit tempus matutinum, paſſim et glacies reperta, ceterum dies ſerena, calidaque. Dies 10ma cum 11ma calida, amoena; mane tamen frigida; 12ma quidem eadem, ſed verſus veſperum ac per noctem pluvias invexit. 13tia calida, ventoſa, nubeculoſa; 14ta pluvioſa; 16ta ventoſa, nubeculoſa. Dies 16ta per noctem et matutinum tempus pluvias, ad meridiem ventos habuit, ceterum calida, nubeculoſa. A 17ma ad 21mam pluvioſa, ventoſaque aura. Dies 22da amoena, ſumme calida per noctem tonitrua tulit ac pluvias. 23tia mane pluvioſa, de cetero calida. Die 24ta cœlum nubibus obductum, aſt calidum fuit ventis ſolummodo turbatum. A 25ta ad 28vam aer calidus, amoenumque coelum. Per noctem vero 28va pluviæ. Dies 29na calida, nubes ſolem obtegentes, ineunte nocte tonitrua induxit; 30ma frigida, ventoſa, pluvioſa.

Morbilli eodem tenore et gradu, ac prioribus jam dictum eſt menſibus, in urbe noſtra pergebant, eidem tractandi methodo auſcultantes. Sed et præter hoſce variolas inter infantes, quos præ-

cipue hic morbos vere epidemicus detinuit, obſervandi occaſio mihi fuit data. Exanthema hoc, quum raro obvenerit, morbi adhuc ſporadici nomen meretur; interim morbus varioloſus præ aliis in militum infantibus, urbem noſtram occupantium frequentior fuit. Plerumque bini hi morbi, variolae nempe et morbilli leniſſima decurrerunt indole, ac ſæpius absque medici auxilio, conſilioque ſanati ſunt. Reliqui morbi frequentius obvenientes fuere diarrhoeæ, angina catarrhalis, ophthalmiæ ac rheumatiſmi; qui vero methodo leniter excitanti ac regimini ſic dicto diaphoretico facillime ceſſerunt. Occurrere immo dyſenteriæ, ſed rariſſime; in quatuor enim individuis obſervare eam mihi tantummodo contigit. Pertinacior reliquis fuit, quam in Noſocomio vidi, cujusque hiſtoriam infra enarrabo in Aegro ex pago Biſchwind quatuor milliaria ab urbe diſtanti, ubi morbus hic graſſabatur epidemice. Verum ſemper animadverti, dyſenterias epedemicas præ ſporadicis eſſe pertinaciores, gravioresque. Interea tamen omnes pro gradu ac morbi indole excitantibus variis præcipue opio tam per os adſumto, quam per alvum cum mucilaginoſis injecto profligavi.

Febris intermittens in ægro *Stark* obſervata ante jam per ſex menſes duravit, quam ad nos confugeret. Facies ejus e flavo palleſcebat, triſtesque inter adſpectus oculi flaveſcebant, arcu livido cincti. Caput turbidum dolebat, ſæpius vertigine detentum. Pectoris oppreſſione, reſpiratione difficili, anxia paſſim et tuſſicula ſicca moleſtabatur æger. Ad levem etiam motum cor ita palpitabat, ut, ubi diutius ejus tremor inſtaret, initia ingrederentur lypothimiæ. Adpetitus erat

dejectus; ciborum nausea, ad quodvis ingesti cibi genus oppletio præcordiorumque pressio; sitis continua; sapor oris vappidus; lingua muco albo onusta, sicca; hypochondriorum tensio, ventrisque inflatio atque murmura; in regione hypochondriaca sinistra percepimus tumorem circumscriptum, durum, ad graviorem adtactum dolentem, quem in febribus intermittentibus comparentem plebs germano idiomate Fieberkuchen adpellare consuevit. Adfuere insimul sensus ponderis in abdomine ac pressio, quasi laqueo venter esset constrictus. Alvus clausa; urina pallida. Ceterum observabantur corporis macies artuumque tremores; virium languor; pulsus parvi; extra paroxysmum vero tardi; insomnia. Paroxysmus omni die incedebat, frigore per unam horam durante incipiens, quem calor subsequebatur, postmodo per plures horas infestans, inque sudorem terminatus. Integri vigor paroxysmi quotidie per 12 horas ægrum vexavit.

Inter calamitates hasce methodo excitante atque roborante usi sumus, ægro confestim a paroxysmo libero advocata. Durante autem paroxysmo nihil adhibuimus, nisi potus copiosos tepidos e speciebus sic dictis ordinariis atque jusculis avena oryzaque paratis. Quod ventris adtinet inflationem cum obstructione et descripto supra tumore in regione hypochondriaca sinistra, commisimus omnia generali curandi methodo, peculiaria hasce obstructiones concernentia, v, g. methodum solventem aut debilitantem, quam alii præferunt, non adhibuimus, neque adhibere potuimus ex ratione. Etenim ex vitæ genere antea actæ, quæ miserrima inter tristia ingrataque animi pathemata fuit, ortum hujus

febris, ejusque naturam agnovimus, et ipſam obſtructionem, ut ipſius effectum, ob longiorem febris durationem atque frequentem ſolventium uſum, Scil. emeticorum, ac purgantium, judicavimus, quibus major inducebatur debilitas; organorum inde mutatio, ac denique obſtructio. Hinc ipſam morbi cauſam ac naturam adgreſſuris dicta fuit adhibenda methodus, qua, ut debilitatem ipſam, ita quoque neceſſario febrim, hujusque effectus diſpulſum iri, evidens ſatis eſt. Quid? quod ipſe revera felix eventus nos convicit, febres tales cum viſcerum obſtructione non requirere laudata illa ſolventia, evacuantia, ſeu debilitantia, ſed roborantia. Propinavimus itaque ante paroxysmum opii granulum unum, et elapſo paroxysmo, tempore nimirum apyrexiæ corticem peruvianum omni bihorio ad drachmam unam cum decem granis calami aromatici ſumendum; porro portionem quadrantem et dimidiam vini menſuram exhibuimus. Qua methodo vidimus ægrum intra quatuordecim dies perfecte ſanatum. Tumor hypochondriacæ regionis ſiniſtræ cum febri diſparuit, adpetitus rediit, cutis flaveſcens colorem ſuetum admiſit, facies pallida rubuit, corpus adquiſivit majus incrementum, omnesque functiones fuere integerrimae; perfecte igitur ſanatum ægrum die 23tia Septembris dimiſimus.

Morbi paralytici hoc æque, ac prioribus menſibus, obſervati reſpuebant fere omnia atque varia adhibita medicamina tam interna, quam externa. Paralyſes hæ ſemper in extremitatibus viſae inferioribus, tertii generis fuerunt. Partes enim omni ſenſu atque motu fuere privatæ, torpore revera partiali onuſtæ. Ortum duxerunt, quantum eruere quidem potuimus, e variis cauſis

debilitantibus, queis per longum tempus vigentibus morbus hic pede lento increſcebat ita, ut ægri malum latens ob leviora phaenomena vix arguerent, usque dum eruperit. Tentavimus excitantia inter medicamina efficaciora ad eorum effectus ſemper adtenti; initio ſemper interna leniora adhibuimus; v. g. Spiritum Mindereri, antimonialia, flores ſulphuris, flores arnicæ; dein Camphoram, alcali volatile, tincturam Colocynthidis, belladonnam, phoſphorum, denique opium. Externe frictiones, linimentum volatile, Unguentum neapolitanum, ſpiritum vini camphoratum, vinum aromaticum, balnea tepida, electricitatem, oleum terebinthinæ, veſicatoria, moxam, et reliq. ſed incaſſum. Jure hoc quidem ante jam arguebamus, quam curam ordiremur, quippe, quum morbus, ſi ſummum adtigerit gradum, organiſmi animalis deſtructionem reſpiciat, qua præſente incitabilitas omnino ſublata eſt; proin male neceſſario judicatur, eo in ſtatu medicaminibus incitationem fibrarum augeri poſſe; interea tamen experimenta inſtituere, medicum decet, ut ſaltim eruat veritatem, videatque, medicamina quid valeant, quid ferre recuſent. Hoc itaque, ex fine ſequentia varia tentavi; adhibito alcali volatili, quod intra nychthemeri ſpatium ad drachmam dimidiam in unciis quatuor aquæ deſtillatæ ſolutum propinavimus, neque calorem majorem, neque pulſus fortiores, pleniores, frequentioresve obſervavimus. Sæpe in initio ventriculi preſſionem nauſeamque excitavit; ſed hæc phaenomena adſumto potu tepido mox diſparuere. Sæpius etiam ultra 14 dies continuato remedio nullum levamen partium paralyticarum animadverti, quin immo aucta granis decem doſis ſta-

tum ſemper reliquit eundem. Adhibui idem medicamen in iſchiade nervoſa, nec eos effectus egregios præſtitit, quos continuo fere a camphora, opio, balneis atque veſicatoriis expertus ſum. Phosphorus magna doſi exhibitus, certe, uti alii quidem adfirmant, organiſmum animalem deſtruet. Hinc et ejus exhibitio mihi videtur periculoſa; quare in parva doſi et caute hoc medicamen eſt porrigendum. Experimenta in paralyticis, uti dixi, et hoc medicamine feci, aliis obſervationibus ſuffultus; et præcipue exhibui illud e conſilio clar. *Baume*, * qui Phoſphorum, ut egregium excitans, laudat, atque efflagitat, ut et alii medici ejus efficaciam experimentis comprobent, quod et in poſterum in animo mihi eſt. *Baume*, Alphonſum le Roi, ait, ore hauſiſſe medicamen; quo facto majorem muſculorum incitationem ſenſerit; porro obſervaſſe *Pelletier*, volucres adſumto phosphoro cum foeminis ſuis mares laſcivos coiſſe, iisque feliciter foecundatis, mox morti ſuccubuiſſe. Alii damnant hoc medicamen, tanquam valde periculoſum; *Brera* ** varia argumenta in hanc adfert ſententiam, quum ipſe uſu hujus medicaminis exitialem viderit exitum. Aſt in paralyſi, ubi medicamen hoc exhibui, nullum vidi malum eventum, neque eo momento, quo porrexi, neque ſerius ſubſecutum. Propinavi quidem in parva doſi; nempe grana duo drachmis duabus Naphtæ Vitrioli ſoluta in unciis aquæ deſtillatrae quatuor cum mucilag. gi. arabici uncia dimidia, ægroque quavis hora cochlear magnum adſumendum præcepi. Verum neque

---

* Nationalzeitung. April 1799. p. 372.
** Ibidem. Junius. 1799. p. 584.

incommodum exinde vidi, neque morbi levamen. Quæ alii auctores incitationis majoris phaenomena, tam in beſtiis, quam hominibus viderunt, ego non obſervavi; una tantum vice, quum æger duo hujus ſolutionis cochlearia ingeſſiſſet, nauſeam animadverti, præcordiorumque preſſionem, quæ brevi iterum evanuere. Videtur itaque hoc medicamen minime tam periculoſum, juſta doſi exhibitum, quam alii volunt; experimenta tamen in poſterum inſtituenda plura adhuc edocebunt.

Moxam in morbis paralyticis porro adhibere, animus non eſt; morbus enim talis a debilitate vel directa, vel indirecta plerumque ortus, quæcunque debilitant, uti obſervavimus, peſſime fert. Quamquam igitur hoc remedium, in initio, ubi adplicatur, ut egregium excitans topicum agere videtur, hic tamen effectus primarius momentaneus eſt, minorque ſecundario, longam producente ſuppurationem, qua naſcitur humorum jactura, majorque debilitas; itaque mirum non eſt, in ejusmodi morbis ab adplicato hoc remedio majorem eorundem gradum obſervari. Præferam itaque huic veſicatoria, ut rubefacientia, quæ potius morbi ideæ ac naturæ correſpondent, quam moxæ adplicatio.

In tumoribus rheumaticis ſic dictis oleum terebinthinæ externe parti adfectae ſæpius per diem frictione adplicatum non raro eſſe præſentiſſimum remedium expertus ſum; præcipue egregios præſtitit effectus in iis tumoribus, qui ab inflammatione a rheumate, eryſipelate ſuperfuerunt. Tumores iſti, ſæpius diverſas partes tenentes vel negliguntur, quum reliquum corpus ſatis bene valeat, morbo ſolummodo locali; vel

male tractantur, præsertim remediorum debilitantium nimio ac longiore usu, venæsectione, aliisque, quibus mirum in modum incitatio ita imminuitur, ut inflammatio quidem auferatur, sed perfecta resolutio tumoris ob fractam incitationem omnino fieri nequeat. Ejusmodi ægrotantes sæpius optima valetudine gaudent, molestantur tantum chronico partis tumore, quæ antea rheumate aut erysipelate fuit adfecta. Respuit hic tumor omnem medelam, et medicus arte sua fere exhaustus, ægrum curæ impatientem derelinquere cogitur. Quo in casu, quum morbus localis vel a debilitate directa, vel ex neglectu inflammationis, a debilitate indirecta ortum trahit, si partis organisatio morbi vi destructa non est, optimum, ut dixi, externe adplicatum remedium erit oleum terebinthinæ. Quod experti sumus in Margaretha *Droll* ancilla 23 annos nata, quæ die 22da Junii ob tumorem pedis dextri ex neglecto erysipelate auxilium nostrum imploravit. Sex nimirum ante septimanis erysipelate simplici cum febre adfecta fuit, et quum culinari servitio addicta, ceterum satis sana et vegeta esset, parvi et febrem et dolores fecit, omnibus laborum, ancillæ incumbentium, refrigerii et similium potentiarum injuriis exposita; adhibuit interim varia a medicastris ordinata externa irritantia, et feliciter tandem febrim, dolores, inflammationemque profligavit; ast remansit tumor pedis albicans oedematosus, sub adtactu fortiore paulisper, ad quemvis autem incessum vehementer dolens, ita, ut lecto se tenere cogeretur. Ceterae functiones integræ erant, neque febris observabatur. Ordinavimus hinc in initio, etsi morbum nunc localem censuimus, interne adsumendum sequens:

℞. Aq. Flor. Sambuc. unc. ſex.
Roob ejusdem drach. tres.
Vin. antimon. Huxh. drach. unam.
Spirit. Minderer.
Mell. optim. aa. unc. unam.
M. D.

S. Sumat omni hora cochlear unum.

Externe Camphoram panno laneo adplicandam.

Continuavimus hanc tractandi rationem ad 28vam, ſine ullo emolumento. Hinc præter recenſita jam externa atque interna præſcripſimus:

℞. Camphor. gran. tria.
Opii. pur. gran. dimidium.
Sacchar. albi. gran. decem.
M. F.

Pulv. dent. tal. doſes duodecim.

S. Capiat omni trihorio doſin unam.

Continuavimus autem absque omni effectu hæc medicamina ad 5tam Julii, et, ægra ceterum perfecte ſana, adplicuimus ſolummodo, morbum localem judicantes externa: quae fuerunt primum fomentationes tepidæ ex ſpeciebus ſic dictis emollientibus, quibus partem aquæ Goulardi dimidiam adfudimus. Dehinc et linimentum volatile camphoratum inunguendum porreximus, porro aquam Thedenianam, Tincturam cantharidum; alio etiam tempore ſpecies aromaticas vino decoctas; alio ſpiritum vini camphoratum, alio tincturam thebaicam et denique etiam faſciam pro infirmitate in uſum deduximus. Hæcce remedia usque ad 10mam Septembr. ſucceſſive adhibuimus, aſt ne minimum quidem optatum præſtitere effectum; tumor imminuebatur quandoque novo adplicato,

ſed mox cum dolore ad adtactum rediit. Ordinavimus itaque eadem die oleum terebinthinæ tumori pedis ter de die infricandum, moxque vidimus dolores cum tumore pedis in dies imminutos. Continuato igitur medicamine quum et dolor et tumor ſenſim evaneſceret, pesque adfectus formam adoptaret ſuetam, ægram omnes motus pedibus exercere valentem, ſanam judicantes die 18va Octobris dimiſimus.

Aſciticos perplures jam tractavi ægros et non pauci fuere, quorum vitam in ancipiti hærentem methodo excitante atque roborante ſervavi. Varias ab auctoribus promulgatas methodos atque medicamina varia adhibui, ſed exſpectationi meæ non reſpondere. Et eam, quam nuperrime Pop *) ſummis laudibus extulit, ſincere et adcurate proſecutus ſum, aſt miros, quos laudavit, terebinthinæ effectus atque aloes, non vidi, quin immo obſervavi, nec levatum eſſe morbum. Interea tamen nolo ex meis obſervatis, hac methodo hucusque factis eorum virtuti medicaminum quidquam abrogare confeſtim; forſan aderant varia impedimenta ſenſus meos latentia, quorum vi noſtris in ægris hujus methodi efficacia elideretur. Pergam novis experimentis eruere veritatem. — Optimum curæ aſcitæ eventum per remedia excitantia atque roborantia tam interne, quam externe adhibita fere ſemper vidi. Inter hæcce autem excitantia eminuit Squilla, ſed parum emolumenti adtulit ſine ullo roboranti medicamine propinata, diæta, ac regimine congruis roboranti methodo correſpondentibus. Hic tract-

*) Roeschlaubs Magazin B. I. Stück. III.

andi modus facile ex eo elucefcet, fi afcitæ originem, ejusque naturam indagaverimus. Plerumque enim ex fevero morbi hujus fcrutinio patet, afthenicæ eum effe indolis, hinc et pro gradu aftheniæ diverfa expoftulare medicamina excitantia atque roborantia. Talis vero tractandi methodus, (quod adnotandum duco) in eo tantummodo cafu adhibebitur feliciter, ubi morbus majorem nondum adtigerit gradum, unde ipfius deftructio organifmi fluxerit; quo deftructo vel longiore morbi duratione, vel vehementia; aut aliis præfentibus vitiis organicis ex quacunque caufa vel in vafis lymphaticis, vel nervis, vel vifceribus, neque hæc medela, neque ulla alia quid proficiet. Sub hac enim conditione medicus languefcentis naturæ fpectator erit, et optima arte fua atque fcientia mortem lento paffu incedentem videbit.

Quum itaque, integro animali organismo, nulloque præfente vitio topico afcites ex debilitate vel directa vel indirecta, locali, univerfalive ortum fuum ducat, laudata methodo fanabitur. Generalis, quam admitto, ea fub conditione cura in eo confiftit, ut præ omnibus paracenthefi aqua ex abdomine educatur, iisdem fcilicet argumentis ductus, quæ Celeb. Richter in Scriptis chirurgicis adfert. Deducta vero aqua ligetur abdomen fafcia, fomentationesque adhibeantur ex infufo Hb. aromaticarum cum fpiritu vini. Interne adfumantur, ut excitantia, fquilla, calomel, et opium:

℞. Pulv. rad. Squill. marit. gran. duo.
Calomel. optim. gran. unum.
Opii puriff. gran. dimidium.
Sacchar. albi. gran. decem.
M. F.

Pulv. pro dosi, dent. tal. doses novem.
S. Capiat æger ter de die dosin unam.

Diæta leniter nutriens, potus sint copiosi, mucilaginosi; regimen calidum.

Hisce continuatis per 8. 12. 14. dies, non accedente salivatione aut diarrhoea, sæpe vidi urinam magna sat quantitate quotidie excretam, pulsusque, antea debiles et parvos, fortiores, plenioresque; abdomen detumescens, laxum, ægrum alacriorem, omnesque functiones præter universæ debilitatis sensum integras.

Eo momento continuavi fomentationes jam dictas, adhibui insimul linimentum volatile camphoratum, cum tinctura thebaica; interne extracta amara et corticis peruviani in aqua soluta cum Naphta Vitrioli et sequentem pulverem:

℞. Pulv. rad. Squill. maritim. gran. duo — tria,
Calam. aromat. gran. decem.
M. F.
Pulv. dent. tal. doses duodecim.
S. Sumat æger omni trihorio dosin unam.

Diæta eadem; uti jam dixi, insimul administravi pro potu vinum generosum aqua dilutum et Regimen modice calidum.

Hisce remediis mox majore, mox minore dosi, mox aliis roborantibus pro gradu nempe debilitatis et morbi vigore junctis curam sum prosecutus, usque dum omnia ascitæ phaenomena disparuerint et omnes functiones integræ sint observatæ. Finem curæ sæpius in eo statu martialia imposuere. Qua methodo sola non raro vidi ægrotantes intra perbreve temporis Spatium fuisse sanatos. Cujus rei exemplum, ut meam confirmem sententiam, historia dysenteriæ enarrata, proferam.

Balthasar Schmitt ex pago Bischwind, 53 natus annos agricola, valido corpore præditus a prima juventute gaudebat incolumi sanitate. Die 17ma Septembris a. c. iter faciens in urbem mensura cerevisiæ dimidia paulum acescentis corpore æstuanti in via simul et semel exhausta paulo post tormina imi ventris et vomituritionem sensit, quibus frequens mox diarrhoea cum tenesmo accessit. Quorum quum in urbem adveniens nullum sensisset levamen, altera die ad nosodochium confugit eodemque receptus est. Ex ipsius narratiuncula dysenteriam in loco natali et regione propingua epidemice grassari, patuit, atque semet ipsum domi jamjam sensum quemdam ægritudinis animadvertisse, confessus est. Diarrhoea vexabatur sat frequenti, ita, ut omni tertio quartoque minuto cum tenesmo admodum molesto exiguam materiæ pituitosæ, tenacis copiam cum sanguine multo intermixtam deponeret. Tormina imi ventris adcusavit vehementia periodice recurrentia; lassitudinem inprimis artuum, capitis dolorem, vertiginem, aurium susurrus, omnisque cibi nauseam et ad quodvis ingestum præcordiorum pressionem, anxietatem, sitim. Abdomen erat collapsum, molle; cutis arida, parum ardens. Pulsus tardi, parvi, debiles. Ordinabatur:

℞. Pulv. gi. arabic. unc. dimidiam.
Solve in Aq. fonton. unc. octo.
adde
Laud. liq. Sydenh. scrup. unum,
Syrup. emulsiv. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

Diæta inanis præcipue mucilaginosis parata; pro potu sit Decoctum ordinarium.

Die 19na. Nox ob Diarrhoeam et Tenesmum omnino insomnis. Cetera eadem. Continuetur mixtura; addatur sequens:

℞. Amyli unc. unam.
Solve in Aq. fontan ferv. libr. una.
D.

S. Pro clysmate ad unc. tres quater de die cum guttis tincturæ thebaicæ triginta injiciendas.

Vespere; mutatio nulla.

Die 20ma. Nox inquieta et insomnis. Reliqua et Diarrhoea cum tenesmo eadem. Sanguinis per alvum excretio cessavit, nilque, nisi parum mucosæ emissum materiæ. Continuentur mixtura, Clysmata, et pro inunctione abdominis quater per diem instituenda linimentum volatile camphoratum habeat.

Vespere. Diarrhoea per diem eadem. Circa 5tam horam animadvertit horrorem cum æstu subsequente, urentique: pulsus debiles, frequentes.

Die 21ma. Nox prioribus vix quietior; cetera eadem, uti medicamina.

Vespere. Nec æstus nec horror ullus accessit; pulsus tardi, parvi, debiles. Reliqua eadem.

Die 22da. Nox inquieta. Diarrhoea cum tenesmo et reliquis phaenomenis eadem vehementia perstitit; vires magis collabefactæ, adpetitus omnino nullus, sitis magna; pulsus parvi, debiles, ac paulo frequentiores. Continuentur clysmata et abdominis inunctiones. Pro usu interno autem:

℞. Pulv. cort. peruvian. drach. ſex.
Coq c. Aq. fontan. libr. una.
ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur adde
Napht. Vitriol. drach. unam.
Tinctur. thebaic. ſcrup. unum.
Syrup. Altheæ unc. unam.

M. D.

S. Sumat omni bihorio vaſculum dimidium.

Diæta eadem; pro potu vini generoſioris menſura dimidia aqua diluendi.

Veſpere. Mutatio nulla.

Die 23tia. Nox magis tranquilla. Teneſmus cum Diarrhoea decrevit. Reliqua ut medicamina eadem.

Die 24ta. Eadem, ut heri, conditio.

Die 25ta. Nox tranquilla, adpetitus melior, et ſitis minor, aeger quietum ſe ac viribus corporis recreatum adfirmavit. Pulſus tardiores, pleni. Dolor capitis et vertigo ceſſavere. Diarrhoea vero, et tenesmus eodem tenore, ac die 23 — 24ta continuavere. Cutis mollior, parum madida; dolores colici nulli. Ordinatio eadem.

Die 26ta. Nox ſat tranquilla. Reliqua eadem. Incuſavit tamen æger dolorem urentem circa orificium ani; aſt explorata hac parte nil repertum morboſi, præterea de quadam deglutiendi difficultate atque urenti faucium ſenſatione eſt conqueſtus. Exploratis et hiſce partibus oris internis fauces obſeſſæ aphtis detectæ. Continuentur ſingula ſequenti addito:

℞. Camphor. c. f. q. fpirit. vin. trit. gran. tria.
Sacchar. alb. gran. quindecim.

M. F.

Pulv. dent. tal. dos. duodecim.
S. Capiat omni trihorio dofin unam.

℞. Decoct. cort. peruvian. unc. octo.
Borac. venet. drach. unam.
Mell. rofar. unc. duas.

M. D.

S. Pro gargarifmate.

Vefpere. Aeger optime fe habuit, Diarrhoea multo minor; adpetitus redux; pulfus tardi, fortiores; dolor faucium remifit.

Die 27ma. Nox bona atque tranquilla; per plures enim horas optime dormivit æger; fic quoque deglutiendi difficultas valde decrevit. Exploratis faucibus difparuere omnes fere aphthæ; dolor ad anum urens ceffavit; cutis maduit inter gratum caloris fenfum. Cetera eadem. Continuentur medicamina ultim. ordinat.

Die 28va. Aeger per totam fere noctem optime quievit. Quater enim alvum pultiformem absque peculiari et ani et imi ventris dolore depofuit. Pulfus tardi ac fortiores. Adfpectus alacris, nulla fitis; reliqua ut pridie.

Die 29na. Eadem, ut heri, Symptomatum conditio, eademque ordinatio.

Die 30ma. Deglutiendi nulla difficultas, aphthæ omnino evanidæ; alvi excreta eadem, ac diebus prioribus, qualitate confpecta; fepofitis igitur clysmatibus et Gargarismate ordinabatur:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. fontan. libr. una.
ad remanent. unc. ſex.
Sub. fin. coct. add.
Pulv. rad. Columbo drachm. unam. et dimid.
Cola. Colatur. adde
Napht. Vitriol drach. unam.
Tinct. thebaic. ſcrup. unum.
Syrup. Altheæ. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum. Continuentur pulveres ex Camphora.

A die 1ma ad 3tiam Octobris omnia eadem.

Die 4ta. Vires magis reverſæ; adpetitus ciborum major; pulſus tardi, fortiores. Diarrhoea, ſed absque tenesmo], continuavit, uti prioribus diebus. Reliqua eadem. Mixturam ægro faſtidienti præſcribebatur:

℞. Alcohol. cort. peruvian. ſcrup. unum.
— rad. Columbo. gran. decem.
Camphor. c. ſ. q. Spirit. vin. trit. gran. tria.
M. F.

Pulv. et dent. tal. doſes duodecim.
S. Sumat omni bihorio doſin unam.

℞. Spirit. Vin. rectif. unc. unam. et dimid.
Aq. fontan. unc. duodecim.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.

S. pro potu.

Remediis hiſce ad 10mam continuatis Diarrhoea ſenſim remiſit; excreta alvi magis erant pultacea; æger ſat hilaris vires revertentes ſenſit, omnesque functiones integras.

Continuentur ſingula.

Die 10ma ad 16tam usque vidimus omnia morbi ſymptomata evanida cum Diarrhoea; pulſus tardi, fortes, adpetitus bonus, ſomnus tranquillus, omnesque functiones integræ; animi alacritas, corporis vigor; remanſit tantummodo aliqua artuum laſſitudo, et ventriculi debilitas, (quum æger ad quodvis ingeſtum cardiæ ſentiret preſſionem), et tumor pedum oedematoſus; ordinabatur:

℞. Vin. amar. unc. octo.

D.

S. Sumat ter de die vaſculum dimidium.

Vino hoc medicato ac diæta nutriente, utebatur æger ad 25tam, ac morbo hac methodo prorſus profligato, viribusque reſtitutis ſanatus eadem die ex Noſocomio diſcedebat.

Heller.

Hydrops aſcites, cum hydrothorace.

Catharina Küttler Tiefenbacenſis, 35 annos nata, militis uxor. Corpore firmo ac robuſto prædita morbos infantiles egregie ſuperavit, ac ſanitate nullis interrupta turbis per magnum temporis intervallum gaudebat, contractoque jamjam matrimonio ne graviſſimis quidem laboribus, militarisque injuriis vitæ labefieri poterat. Ante 14 menſes prolem ſub divo enixa absque ullo artis adminiſtrato auxilio, exanimis fere in aedes vicinas delata eſt, quas proxima die relinquens fluvium petiit, ibique pedibus ad genua immiſſis lintea lavando, tertiaque die trium milliarium itinere facto lochia ſuppreſſit. Nihilo tamen minus

tales inter vitæ moleſtias ubera puero præbere dilecto mater nimis pia nequaquam deſiit, usque ad 7mam hebdomadam, qua, antehac parcius ſtillantia, jam penitus exſiccata percepit. Huc acceſſit, ut 14 abhinc diebus tempeſtate calidiſſima duas circiter cereviſiæ menſuras avidiſſime ingurgitaret. Tum nocte proxima imminentis ſuffocationis periculo excitata e ſomno ſurrexit, reſpirationem tanta cum difficultate, tantoque ſtrepitu peragens, ut procul poſſet exaudiri. Ex hoc tempore decubitus in latere dextro fuit impeditus, malumque ſibi relictum quotidie in pejus ruere, pedes intumeſcere, tumorque ad genua et ventrem uſque aſcendere coëpit; qui tantam ſenſim, ad genitalia in primis, molem adſcivit, ut ægra neque ſedere, neque in dorſo decumbere valens, genubus, manibusque innixa ventrem ſuſtentare, animamque trahere, cogeretur.

Hac rerum conditione in Noſocomium Darmſtadienſe delata, per duos menſes decubuit, per quos integumentis ſponte ruptis magna aquæ quantitate evacuata ſanitatem redire gaviſa eſt: aſt reſpirandi difficultas, ventrisque intumeſcentia magnum in modum minui, aſt tolli penitus, non potuerunt.

Jam ad priſtinum vitæ genus redux quum atrociſſimæ hiemis frigus ſuſtinere cogeretur, priſtina ſymptomata in ſcenam reverſa, quorum cauſa profligandorum varios, cum vario effectu, medicos imploravit. Aliis roborantia, uti par erat, aliis, ac pluribus quidem, purgantia exhibentibus, cauſa morbi primaria debilitas major, majorque evaſit, donec 7ma Auguſti Noſocomium juliæum petens ſequentia exhiberet ſymptomata. Extre-

mitates ſuperiores erant emaciatæ atque frigidæ; reliquæ vero partes tumidæ, ita, ut in abdomine usque ad vertebras lumbares fluctuatio perciperetur: reſpiratio erat difficilis et laborioſa, erecto corpore, in primis elevatis ſcapulis, et diductis narium pinnis peragenda. Senſus ſuffocationis; animus dejectus; pulſus exiles, frequentes, inæquales, lingua arida, urina parca, atque flammea, ſomnus nullus, adpetitus nullus; debilitas ſumma. Ordinabatur:

℞. Aq. Meliſſ.
— Menth. piperit. aa. unc. tres.
Napht. Vitriol. drach. unam.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni hora dimidia cochlear unum.

Pro potu vinum aqua dilutum; Diæta nu triens; regimen modice calidum.

Hoc uſa per duos dies medicamine melius ſeſe habuit; pectoris moleſtiae paulatim decrevere; reſpiratio expeditior fuit. Abdomen increviſſe videbatur; fluctuatio aquarum, illo contentarum luculenter percipiebatur. Hinc præſcripſimus:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. unam.
Coq. cum Aq. font. unc. ſedecim.
ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur adde.
Liq. anod. m. Hoffm. ſcrp. duos.
Mell. optim. unc. unam.

M. D.

S. Omni hora capiat cochlear unum.
℞. Pulv. rad. Scill. marit. gran. duo.
Calam. aromat. gran. ſex.
Sacchar. alb. ſcrup. dimid.

M. F.

Pulv. dentur. tal. doſes novem.
S. Capiat omni trihorio doſin unam.

Hiſce medicamentis ad 30mam Auguſti continuatis vires ægra recepiſſe videbatur; adpetitus rediit; urina copioſius fluente multum aquæ evacuatum; abdomen molleſcere atque ſubſidere coepit, oedema pedum imminui. Aſt ſubito per noctem, absque ulla cauſa, quam detegere potuerimus, prægreſſa in tantum devenit ſuffocationis periculum, ut extingui confeſtim famulæ adſtanti videretur. Medicus adſiſtens vocatus lypothimia correptam invenit; reſpiratio fuit laborioſa, anhela, cordis magna palpitatio; pulſus exiles, frequentes, tremuli. Sudor frontis frigidus. Hac rerum conditione aliquibus Napht. Vitrioli et Tincturæ thebaicæ guttis ad ſe revocatam ægram pergere jubet usque ad ſequentem diem, 1mam Septembris: ubi ſe nullis omnino ſputis parem eſſe egerendis dixit, multum licet tuſſire cogeretur. Nauſeabat præterea cibos, atque vomiturriebat. Cephalalgia maxima, pulſus debiles, frequentes maxime inæquales, interdum ad 30mum ictum intermittentes. Ordinavimus:

℞. Aq. Meliſſ. unc. quinque.
Liq. anod. m. Hofm. drach. unam.
Tinct. thebaic. ſcrup. unum.
Syrup. Diacod. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

℞. Sulphur. aurat. antimon. gran. dimidium.
Extract. hyoſciam. gran. unum.

M. F.

Pulv. dentur. tal. doſes duodecim.
S. Capiat omni bihorio doſin unam.

Die 4ta Septembris quum omnia ſymptomata eſſent mitigata, jamque nihil ægra adcuſaret, niſi moleſtum tenſionis abdominis ſenſum, ob aquarum copiam, et leves interdum cordis palpitationes, et ſcillam maritimam addita exigua Mercurii dulcis doſi ad granulum $\frac{1}{4}$, et Decoctum Chinæ revocavimus; linimentumque volatile camphoratum cum Tinctura thebaica abdomini inungendum præſcripſimus.

Quibus remediis per poſterum tempus uſa in dies melius ſe habere coepit, ita, ut additis ſenſim ſenſimque extractis amaris, gentianæ rubræ, Quaſſiae, aliisque, conceſſa portione dimidia, dein integra, et vini menſura dimidia brevius ſolito intra temporis ſpatium et hydropis aſcitæ et hydrothoracis liberata indiciis, integro functionum tenore læta de valetudine integra ex Noſocomio dimitti 19na Novembris potuerit.

Weigand.

OCTOBER.

Dies 1ma calida fuit et ventoſa; 2da item calida, ſed nubeculoſa, uti 3tia inſimul ingrata, ventoſa. Dies 4ta ventoſa, pluvioſa, cum 5ta mane tonitrua ferente, ventoſa dein et pluvioſa. Tempeſtas ex 6ta ad 8vam usque ventoſa, ingrata, pluvioſa; 7ma tamen calidior coelum nubibus tectum, uti 8va mane nebuloſa, habuit. Per hujus noctem ad 9nam audiebantur vicina tonitrua; verum ipſa dies ingrata, ventoſa. Eadem 10ma. Die 11ma mane nebuloſa, coelo nubibus tecto dein calida incedente, adjunctis 12ma et 13tia mane nebulis infeſta, amoena demum et calida, neque minus 14ta pluvioſa calida et 15ta nubeculoſa, temporis inconſtans viciſſitudo fuit, ad finem etiam menſis perdurans. Nam 16ta mane pruinoſa, de ceterо frigida et coelum nubibus obductum fuit. 17ma — 18va et 19na mane nebuloſa, per reliquum ſerena. A 20ma et 21ma frigida, ventoſa ad 24tam coelum paſſim nubibus obductum fuit, præterquam, quod 23tia frigida et ſerena eſſet, 25ta vero pluvioſa. Die 26ta et 27ma calidus aer, nubes coelum obducentes; per noctem 27mæ pluviæ. Dies 28va cum 29na nubeculoſa, item 30ma mane nebuloſa; dein pluviæ. 31ma mane nebuloſa, de reliquo calida, amoena, ſerena.

Morbilli ſenſim evaneſcere in urbe noſtra coeperunt; variolæ autem eodem tenore pergentes, raro obvenerunt, ut plurimum, quod priori menſe jam adtuli, inter militiæ infantes graſſatæ. Frequentiſſimi contra morbi tam in urbe, quam in noſocomio febres catarrhales, rheumatismi, peripneumoniæ, pleuritides, Ophthalmiæ, fere omnes indolis aſthenicæ, leniter excitante methodo tractandi. Interim et eosdem morbos naturæ vidimus ſthenicæ, venæſectiones et medicamina debilitantia expoſtulantes. Febrium rheumaticarum, quarum altera ſthenica, altera autem aſthenica fuit, duo infra exempla enarrabo. Initio hujus menſis et obſervavimus in quibusdam febres nervoſas lenioris gradus; quod præcipue cognovimus ex cauſis prægreſſis debilitantibus, præſentibusque Symptomatis: nimirum; ſumma debilitate, artuum dedolatione, animiquæ dejectione; dolore capitis, vertigine, aurium ſuſurru, adpetitu dejecto, præcordiorum preſſione, nauſea, diarrhoea, reſpiratione anxia, frequenti pulſuum, debilique ictu ſæpe inæquali; inſomniis, ſopore, deliriis blandis intermixto et ſimilibus; incepit morbus ab horripilatione, quam calor ardens cum dictis hiſce phaenomenis ſubſequebatur. Hoc igitur morbo adfectis primum leniter excitantia propinavimus; infuſum Valerianæ cum liquore anod. min. Hofm.; inſtante diarrhoea et parvam opii doſin exhibuimus; diæta leniter nutriente, exigua vini quantitate pro potu, regimine modice calido adjunctis; neque raro vidimus hacce methodo morbum prorſus fugatum. Qui graviter decubuere, quibusve leniora excitantia non auferebant, ſed leniebant tantummodo malum, iis ſummam opem præſtitere fortiora excitantia ſenſim adhibita:

Camphora, moſchus, naphta Vitrioli, alcohol vini, veſicatoria et reliq. id, quod priore anno jam expoſui. Ophthalmiæ rheumaticæ, uti vocant, quam obſervavimus, ob diagnoſeos difficultatem, quum prægreſſarum potentiarum nexum non ſatis dijudicare potuerimus, notatu dignæ hiſtoriam adjunxi. Fuit hæc ophthalmia morbus in initio localis, ipſa autem duratione forſan et debilitante tractandi noſtra methodo univerſalem adoptavit morbum. Videbatur primo, ubi ægrum tractavimus, quum prægreſſæ cauſæ nobis ſatis cognitæ non eſſent, ideoque indolem morbi ex iisdem dijudicare non poſſemus, ob excitantia, ſcopo exploratorio adhibita, ſthenicæ indolis; ophthalmia enim hiſce majorem ſibi adſcivit vehementiam, quippe quum cornea intumeſceret, intenſeque rubra doleret graviter, oculorum palpebræ urentes inter atque lancinantes dolores elevarentur in tumorem, caput vertiginoſum majori adficeretur dolore atque calore. Ex juvantibus igitur et nocentibus judicium capeſſentes (quæ unica ſemper via eſt in dubia cauſarum cognitione) venæſectionem et debilitantia, morbum ſthenicæ naturæ cenſentes, in uſum vocavimus. Aſt brevi magis exacerbata vidimus ſymptomata, gravioremque, quam pridie, ophthalmiam. Verſantibus autem hiſce rebus, non continuo fidendum eſſe juvantibus nocentibusque, concluſione prona fluxit, neque minus, a medicaminibus, niſi adplicata confeſtim optimum producant effectum, eſſe abſtinendum. Præterea tamen plura adfuere indicia, v. g. menſis conſtitutio, refrigeria, debilitas oculi partialis et ſimilia, uti hiſtoria refert, aſtheniam potius, quam ſtheniam indicantia; aſt minus fidentes hiſce atque ægri

narratiunculæ, quum inſuper morbum vehementiorem methodo excitante redditum vidiſſemus, facile ad contrariam indicationem deducebamur. Nolite igitur, medici! a medendi methodo, quam firmo nixi judicio ſemel inieritis, ſtatim abhorrere, tanquam minus proficiente, (quod ſæpius jam monui) præſertim, ubi quædam cauſæ præceſſerint, talem præciſe expoſtulantes, non protinus licet optatus ſequatur effectus.

Medio hoc menſe obſervabantur febres quoque intermittentes tertianæ communi methodo roborante ſanatæ. Febris intermittentis tertianæ duplicatæ, quum præ ceteris notatu dignior ſit, hiſtoriam enarrabo.

Inter chronicos morbos hoc menſe obſervandos memoria digniſſima eſt phtiſis ex labe venerea, cujus hiſtoriam cum cadaveris ſectione adferam.

Febris rheumatica Sthenica.

Eva Reinfelder, Dettelbacenſis, 30 annos nata, corporis conſtitutione ſat valida ac robuſta gaudens, duodecim jam per annos ancillae munere fungens, ſecunda ſemper, præter morbos infantiles, ad annum vigeſimum aetatis uſque gaviſa eſt valetudine. Quo ex tempore ſaepius pro vitae ratione tempeſtatis calamitatibus obnoxia, non raro catarrhis, artuumque doloribus vexabatur: quinque abhinc annis, cum ſubito poſt refrigerium quoddam tumor in axillae dextrae cavo appareret, comitante ſimul pectoris oppreſſione, reſpiratione difficili ad ſuffocationis periculum uſque, ac doloribus in latere pungentibus, longo ſuccubuit morbo, donec operatione tumoris pri-

ſtina reſtitueretur ſanitas. Ante ſex dies autem occupata laboribus agreſtibus, large ſudans, pluvioſa incidente tempeſtate, rurſus refrigerium accipit. Corripitur inprimis horripilatione, horrore, et calore mutuo; accedunt dolores in extremitatibus, tum inferioribus cum ſuperioribus lancinantes, præſertim in femore ſiniſtro. Pectus opprimitur, ac dolore pungente utrumque occupatur latus; tuſſicula ſicca, artuumque dedolatio; fluxus tamen menſtruus regularis. Neglectis hiſce per aliquot dies Symptomatibus, increſcunt magis magisque dolores, laſſitudo augetur, et vires ſupprimuntur. Jam ad Noſocomium confugiens, die 28va Octobris mane recepta eſt.

Durante adhuc eadem conditione ac ægritudine, accuſat præter ſymptomata jam recenſita vertiginem, dolorem capitis, magnum calorem, cardialgiam, et anorexiam. Facies laete rubet, totum corpus aeſtuat. Pulſus frequens, plenus, ſed mollis. Alvus jam per duas dies clauſa.
Ordinavimus:

℞. Sal. ammoniac. Drachm. unam.
Solv. in
Aqu. flor. Samb. unc. ſeptem.
Tart. emet. gran. unum.
Roob. Samb. unc. dimidiam.
Mell. optim. unc. unam.
M. D.

S. omni hora cochlear unum.

Pro potu habeat infuſum flor. Samb. et rad. alth. tepide bibendum.

Clyſma ex ſpecieb. emollientibus.
Diæta plena. Regimen modice calidum.

Vespere. Febris ac dolorum exacerbatio. Dolet ægra de calore nimio; sitis magna; cephalalgia. Pulsus frequens, plenus, subdurus. Alvus adhucdum clausa.

Die 29na. Nox insomnis ob tussim et dolores. Parva etiam per noctem anorexia. Cetera Symptomata, medicamina, et diaeta eadem. Ad alvum promovendam clysma superius.

Die 30ma. Nox inquieta et insomnis ob dolorem et calorem nimium. Mane copiosa ob anorexiam sputa aquosa, et lypopsychia. Aegra admodum male fert morbum propter calorem per totum corpus aestuantem. Aucta insuper pectoris oppressio; cordis palpitationes; tussis ac dolorum major vehementia. Pulsus frequens, plenus, digitum tangentem elidens. Sitis magna, lingua sicca; respiratio anxia, difficilis. Dolor capitis. Alvus semel mota. Præscribitur:

℞. Nitr. depurat. drachm. unam.
Arcan. duplicat. drachm. tres.
Solv. in
Aqu. flor. Samb. unc. octo.
Oxymell. simpl. unc. un. et dimidiam.
M. D.

S. omni hora cochlear unum.

Instituatur Vensæcetio ad uncias sex.
Pro potu habeat Syrupum rub. idaei aqua dilutum.
Diaeta eadem.

Vespere. Omnium symptomatum remissio. Pulsus tardus, plenus, mollis. Respiratio liberior; lingua humida; cutis mador. Offerebat se in sanguine misso crusta inflammatoria.

Die 31ma. Nox tranquilla et bona. Pulſus fere naturalis; cutis humida. Abeſt capitis dolor; artus adhuc parumper doloribus lancinantur; alvus clauſa. Medicamina et diæta eadem. Clyſma emolliens.

Die 1ma Novembris. Nox inſomnis. Dolor punctorius in oſſe ſacro et regione pudendorum. Molimina fluxus menſtrui. Adpetitus adhuc proſtratus. Calor et pulſus naturalis. Medicamina nulla; excepto infuſo chamomillae ter de die ſumendo. Diæta eadem.

Die 2da. Nox dimidia inſomnis ob dolores artuum. Catamenia fluere. Adpetitus bonus. Pulſus tardus, fortis, mollis. Cetera eadem.

Præſcribitur:

℞. Aq. flor. Samb. unc. ſeptem.
Spirit. Minder. unc. dimid.
Roob. Samb. unc. dimidiam.
Syrup. diacod. unc. unam.

M. D.

S. omni hora cochlear unum.

Die 3tia. Nox ſomnifera. Fluxus menſtruus finitus. Omnes functiones fere integrae. Parvi adhuc dolores artuum interdum adparent; Medicamina eadem. Diæta portio tertia.

Die 4ta. Nox inſomnis ob dolores. Cetera ſymptomata, ut medicamina et diaeta eadem. Pro potu habeat vini generoſi aqua diluti menſurae quadrantem.

Die 5ta. Pulſus tardus, mollis, fortis. Dolores nulli. Amarities oris, anorexia. Aegra cibos et medicamina recuſat. Præſcribitur:

℞. Aq. Meliss. unc. sex.
Liquor. anod. m. Hoffm. Scrup. duos.
Syrup. cort. aurant. unc. unam.
M. D.

S. omni bihorio cochlear unum.

Die 6ta et 7ma. Adpetitus bonus, et pulsus naturalis. Omnia eadem.

Die 8va. Omne morbi signum abest. Ad accelerandam tantumodo virium restaurationem praescribitur:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. dimid.
coq. c. aqu. font. unc. duodecim,
ad remanent. unc. octo,
col. colatur. adde
Liq. anod. min. Hoffm. scrup. duos,
Syrup. cort. aurant. unc. unam.
M. D.
S. omni bihorio cochlearia duo.

Die 9na. Dolores per noctem colici ob refrigerium; mane cardialgia; adpetitus prostratus, anorexia. Pulsus tardi, molles, fortes. Medicamina eadem.

Die 10ma et 11ma. Adpetitus bonus; dolores nulli. Omnes functiones integrae. Continuantur singula.

Sub horum medicaminum usu per 4 dies continuato vires valde increscunt.

Die 16ta. Dolet aegra de pressione ventriculi, qualibet ciborum portione adsumta. Pulsus bonus. Præscribitur:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. dimid.
coq. c. aqu. font. unc. duodecim.
ad remanent. unc. septem.

col. colatur. adde
Extract. amar. Drachm. duas.
Liq. anod. min. Hoff. ſcrup. duos.
Syrup. cort. aurant. unc. unam.
M. D.

S. omni hora cochlear unum.

Die 17ma. Eadem.

Die 18va. Aegra per noctem horruit, caluitque per vices. Tres alvi excretiones aquoſae. Pulſus tardus, mollis, et fortis. Præſcribitur:

℞. Aqu. Meliſſ. unc. quatuor.
Extract. chin. drachm. unam.
Laud. liquid. Sydenh. ſcrup. un.
Syrup. cort. aurant. unc. unam.
M. D.

S. omni hora cochlear unum.
Diæta eadem.

Die 19na et 20ma. Catamenia adparuere. Cetera eadem. Capiat de mixtura ultima omni bihorio cochlear unum.

Die 21ma. Conſumſerat aegra heri aliquot uvas frigidas, et veſpere corripiebatur horrore, quem calor perſecutus eſt cum ſiti magna et diarrhoea aquoſa. Caput dolet, reſpiratio anxia; tuſſicula cum dolore laterum. Adpetitus proſtratus, amarities oris, vomituritio. Pulſus frequentiores, fortes tamen et molles. Praeſcribitur:

℞. Aqu. menth. piperit. unc. ſex.
Liq. anod. mineral. Hoff. drachm. unam.
Tinct. Thebaic. ſcrup. unum.
Syrup. cort. aurant. unc. unam.
M. D.

S. omni hora cochlear unum.

Diaeta eadem.

Die 22da. Nox bona; neque horror neque calor. Omnes functiones, quae heri laesae fuere, hodie sunt integrae; efflorescentia oris. Medicamina et diaeta eadem. Quibus per reliquos dies ad 30mam usque continuatit, viribusque in integrum restitutis, sana nosocomium die eadem dereliquit.

Fegelein.

Febris rheumatica asthenica.

Josephus Trost, Temeswarensis ex Ungaria, 28 annos natus, rhedarius, præter morbos infantiles, quos felicitet superavit, etsi tenera corporis constitutione fuerit præditus, nulli unquam morbo obnoxius fuit. Optimam suam sanitatem ad annum 20mum protraxir, quae vero postmodum, quum ingreditur ad artem suam excolendam sueta itinera, variis molestiis, tempestate mox frigida, mox calida, mox pluviosa, vili ac parco victu ac potu, multum sane fuit turbata. Praecipue autem vexabatur catarrhis, rheumate, diarrhoea, aliisque adfectibus, quos debilitati adscribere potuimus. Ante 4 annos Moguntiae per dimidium annum arthritide, alibi pleuritide, alibi catarrho, ut ait, laboravit. Ante 4 dies inter pluvias atque nebulosam tempestatem Wirceburgum petiit, statimque a magistro quodam receptus, graviores perficiendos labores suscepit; omni virium contentione eos quotidie absolvit.

Aſt quum hiſce fere exhauſtus ſub aedium tecto dormire, aere nebuloſo ventoque frigido perflante, coactus fuerit; elapſis novem diebus, incidit in febrem. Senſit in initio artuum dedolationem ita, ut fungi munere ſuo amplius nequiret. Accedit horror alternans, calore urente ac fugitivo, ceſſante ſudatiunculis; torquebatur porro dolore capitis ad orbitas fixo, atque artuum, ſpinaeque dorſi lancinanti, dolore lateris punctorio mox hanc mox illam coſtam tenente, inſpirationem adgravante; immo et tuſſicula ſicca. Increſcentibus hiſce moleſtiis confugit ad noſocomium, et receptus eſt die 30ma Octobris. Præter haec dicta, quae ſemper veſpere adaugebantur, conquerebatur de ſumma virium proſtratione, vertigine, inſomniis, inquietudine, de blandis deliriis, animi deliquio, quo quandoque defatigabatur, de ſapore oris amaro, ſiccitate, ſiti, de vomituritione, praecordiorum preſſione, atque diarrhoea aquoſa, levibus torminibus juncta. Ceterum obſervavimus corporis maciem, faciem triſtem, pallidam oculos arcu livido cinctos, magnam in deambulando debilitatem, cutim aridam, pulſus frequentes, debiles, exiles. Praeſcripſimus:

℞. Aq. flor. Samb. unc. ſeptem.
Spirit. Minder. unc. unam et dimid.
Tinct. Thebaic. ſcrup. unum.
Syrup. Diacod. unc. unam.
Roob. Samb unc. dimid.
M. D.

S. omni hora cochlear unum ſumat æger.

Diaeta plena. Regimen modice calidum. Pro potu infuſ. flor. Samb. cum rad. Alth. et vinum aqua dilutum.

Vefpere. Pulfus minus frequentes et molles, cutis mador, refpiratio liberior, dolores artuum minuti; major animi et corporis hilaritas, cetera eadem.

Die 31ma. Nox inquieta. Pulfus frequentes, pleni, et debiles. Cutis mador. Tufficula ficca, aft rara. Dolores artuum, thoracis, fpinae dorfi nulli; dolor vero capitis vehementior. Alvus claufa. Major corporis vigor; nullum animi deliquium, neque vertigo, cetera eadem. Ordinabantur vapores tepidi aquofi infpirandi. Clyfma emolliens. Cetera medicamina continuabantur.

Vefpere. Status idem.

Die 1ma 9bris. Per noctem reverfi dolores per artus lancinantes; hinc infomnia. Mane vero omnes evanuere. Aeger nondum adpetit; conqueritur de naufea, ventriculi preffione, fiti, calore; alvus claufa clyfmate follicitatur; Cetera eadem. Ordinatur:

℞. Aq. fl. Samb. unc. fex.
Spirit. Minderer. unc. unam et dimid.
Syrup. Diacod. unc. unam.
Roob. Samb. unc. dimid.

M. D.

S. Sumat æger omni hora cochl. unum.

Diæta et Regimen eadem.

Vefpere. Eadem.

Die 2da. Per noctem dormivit æger; pulfus minus frequentes, fortes et molles, fudor totius corporis. Dolores capitis neque artuum ulli. Refpiratio libera, tuffi ficca quandoque

turbata. Adpetitus bonus. Oculi flavescunt. Accusat aeger magnam artuum dedolationem. Alvus semel aperta. Continuantur singula.

Vesperi. Eadem.

Die 3tia. Eadem.

Die 4ta. Nox bona. Evanuit flavedo oculorum. Aeger hilaris et viribus gaudens edendi cupidus. Respiratio libera sine tussi. Pulsus tardi, fortes, et molles. Reliquae functiones integrae. Continuantur medicamina. Pro Diaeta portio quadrans et dimidia mensura vini generosi.

Die 5ta et 6ta. Omnes functiones integræ. Itaque ægrum, quum febris cum debilitate profligata fuerit, die 7ma dimisimus.

Fegelein.

Peripneumonia ex vitio topico asthenica.

Anna Maria Strebler, Trokaviensis, ancilla 53 annos nata, frequentibus, præter infantiles, morbis, præcipue peripneumoniis, uti adpellant, sthenicis vexata, methodo antiphlogistica dicta, continuo sanitati restituta, vitam inde trahebat potius, quam ut vixisse dici posset. Corpus gracile, infirmum, tenera fibrarum compage præditum. Menstrua, dum fluerent, frequentissime irregularria, mox etiam omnino silebant, mox parca proveniebant quantitate.

Pro ætatis ratione ex aliquibus annis penitus cessabant, quin ulla exin molestia in corpus redundaret, præterquam, quod pectoris adfectio-

nes, quibus jamjam detenta erat, augerentur. Erant autem præcipuæ, quum per ſcalas aſcenderet, dyſpnoea, anxietas, cordis palpitatio atque tuſſis. Ante dies octodecim labores ſuetos peragens inveterato iterum corripiebatur malo, corpore in terram prono, humo, neſcio quid, ſuſceptura. Confeſtim lateris dextri percipiebat dolorem punctorium cum tuſſi, quæ quidem ſolennis adhuc fuerat, ſicca vehementiori, quavis inſpiratione profundius inſtituta auctum. Veſpere prægreſſa horripilatione, inſecutoque mox calore ſitim magnam atque cephalalgiam gravem accuſabat. His tenſivi in pectore ponderis ſenſus adſociabatur; decumbendi in latere dextro vix ulla facultas.

Quibus preſſa ſymptomatibus absque ullo medicaminum uſu ad 8vam uſque diem a morbi exordio in ſervitiis perſeverabat. At quum ejusdem perferre diutius vehementiam nequiret, in Noſocomium Julii confugiens præter jam recenſita de ſumma virium proſtratione, vertigine, artuum dedolatione, aurium ſuſurru, oculorum obnebulatione, pectoris anguſtia cum tuſſi frequenti, laborioſa, plurimum ſicca, conquerebatur, ac ſi forte ſputa, quibus rejiciendis vix par erat præ debilitate, prodirent, ſeroſa, tenuia et pauca erant. Facies triſtis, pallida, flaveſcens; abdomen tumidum; Diarrhoea; pedum oedema, pulſus parvi, frequentes, inæquales et intermittentes.

Hæc nos Symptomata, cauſasque antegreſſas, atque morbi durationem perpendentes de vera ejus indole nequaquam dubitantes, die Octobris 18va receptæ præſcripſimus:

℞. Gi. arabici unc. dimidiam.
Solve in
Aq. fontan. destill. uno. octo.
adde
Laudan. liq. Sydh. guttas quindecim.
Syrup. emulsiv. unc. unam.

M. D. S. Capiat omni bihorio cochl. magnum.

Vaporem ex Decocto florum Sambuc. inspiret.

Potum habeat ex Decoct. specierum ordinario; Diæta sit plena.

Vespere. Febris exacerbatio. Maxima respirandi difficultas, anxietas, quæ ægram, ut suffocationis evitaret periculum, erectam sedere cogebat. Tussis vehementissima sine Sputis; capitis dolor summus, supra oculos præcipue. Pulsus debiles, frequentes, ad 24tum maxime, interdum etiam 10mum ictum intermittentes. Continuet in omnibus.

Die 19na. Atque ita, uti modo memorabam, noctem ad 5tam horam usque matutinam transmittebat; tum vero paulo mitiora Symptomata reddebantur. Anxietas minus intensa; respirandi difficultas imminuta; Tussis rarior; aliquis cutis mador levans, Diarrhoea amplius nulla; cetera eadem. Ordinatur:

℞. Lichen. islandic.
rad. Altheæ.
— Liquirit. aa. unc. unam.
Hb. Verbasc. Mp. unum.
M. D.

S. Pro potu. Reliquorum usus medicaminum continuetur.

Vespere. Eadem, ac heri, rerum conditio.

Die 20ma. Nox prægressa turbis infestissima; nam, si momento temporis somnus, vel potius sopor accederet, ægram phantasmata et pectoris angustia subito excitatam adfligebant. Tussis erat frequentissima; Sputa, ut supra dictum, serosa, pauca. Cephalalgia ingens. Pulsus parvi, debiles, inæquales, et intermittentes. Dolor punctorius minor, sensus vero acrior oppressionis. Sitis cum siccitate linguæ maxima; cutis madida; de cetero idem status. Continuet in omnibus medicamentis.

Vespere. Vix ulla exacerbationis vestigia. Aegra alacrior videbatur; liberius respirabat, nec, nisi dolorem hypochondrii dextri, querebatur. Pulsus parvi, debiles, frequentius intermittebant. Cetera eadem. Pergat uti iisdem medicaminibus.

Die 21ma. Omnia in pejus abibant symptomata: respiratio reddebatur anhela, stridula; pectoris angustatio maxima; cephalalgia vix ferenda, sitis, ut fere expleri nequiret; regionem hypogastricam diris cruciatibus vel leviter premente digito adfectam inveniebamus; abdomen tensum; tussis suffocationem fere provocans, cum puncturæ sensu modo minus molesto, modo ad summum aucto. Sudor frigidus frontis, ac viscidus. Pulsus ad 4tum ictum sive 6tum intermittentes, et exilissimi. Sputa omnino nulla. Ordinabatur:

℞. Extract. hyosciam. gran. unum.
Sulph. Aurat. antimon. gran. dimidium.
Sacchar. alb. scrp. unum.
M.

F. pulv. dent. novem tal. doses.

S. Capiat omni trihorio dosin unam. Continuentur reliqua medicamina et Diæta.

Vespere. Omnium Symptomatum exacerbatio, uti ceteris diebus.

Die 22da usque ad 23tiam. Eadem morbi conditio, ac die 21ma, excepto, quod pulsus magis magisque inæquales, dibiliores que evaderent. Cetera eadem, uti medicamina et Diæta.

Die 24ta. Paulo benigniora videbantur Symptomata; cephalalgia atque dolor pectoris pungens remittebant; nox insomnis quidem, ast sine multa tussi, transacta; pulsuum, uti ceterorum, idem status. Hesterna medicamina.

Die 25ta. Eadem omnia. Hesterna medicamina.

Die 26ta. Conditio morbi ab illa, quæ die 21ma contingebat, nulla re, nisi acerbitate majori, abludens. Corpore ægra erecto per integram noctem sedebat præ metu suffocationis, sive in alterutro latere, sive in dorso decumbere conaretur. Viribus omnino labefactatam lypothimiæ corpus reclinare in lectum cogebant. Calor summus; oculi tristes, in cavitatem reducti; facies pallidior, labia livida, pulsus exilissimi, magis, quum hucusque, inæquales. Cetera eadem; continuet in usu medicaminum.

Vespere. Aegra vix quidquam, nisi sitim ingentem, (lingua tamen humida erat) et cardiæ ad ingesta medicamina pressionem querebatur. Pulsus exiles, frequentes, inæquales, ac intermittentes. De nocte eadem Symptomata continuata, usque ad horam 11mam, qua dyspnoea, anxietas atque suffocationis periculum ingentem in modum augebantur. Aegra conscientiæ expers jacebat; respiratio anhela sublimis et stertorosa, extremitates frigidæ, pulsus parvi, debiles, celeres, inæquales erant; sudor frontis jam memoratus frigidus at-

que viſcidus exprimebatur: moſchus in uſum vocatus nil proficiebat; ſymptomata primum allegata per reliquam noctis partem et tempus matutinum perſtabant, uſque dum hora 11ma matutina nullum artis auxilium fugientem animam retardare valeret.

Sectione Cadaveris,

altera poſt mortem die facta, Superficies ejus externa talis erat:

1) Facies tumida, flaveſcens.
2) Pectus bene conformatum ſine ullo vitio externo conſpicuum.
3) Abdomen magnum et tumidum.
4) Femora maxime, et quod reliquum erat extremitatum inferiorum, tumida.

Aperta thoracis cavitate

5) Pulmonis dextri ſuperior lobus antico pleuræ ad coſtam 2dam cum 3tia, atque externo ejusdem parieti firmiter accretus, ceterum Scirrhi adinſtar, totus quantus durus, ægre incidendus, et coloris ex rubro lividi erat, quem colorem inciſus cultello quoque referebat, ubi inſimul nullum textus celluloſi, pulmonum tenuiſſimi, veſtigium remanſerat. Pulmonis dextri reliqua ſubſtantia ſana.

6) Pulmonis ſiniſtri nulla quidem induratio, verum tamen cum ſuperioris, tum inferioris lobi, non ſuperficialis tantum, ſed etiam per ſubſtantiam penetrans inflammatio conſpiciebatur, illum ipſum colorem, ac pulmo dexter, exhibens. Qui ſanguinis potius congeſtionem, quam inflammationem dicere velint, iis non repugnabo.

7) Bronchi, quantum eos prosequi in pulmonibus distributos poteramus, inflammati.

8) Postici pleuræ sinistræ parietis vasa sanguine turgida deprehendebantur.

Efficientes igitur mortis, eaeque sufficientes causæ quum oculis nostris paterent, cetera corporis cava, supervacaneum ducentes, non aperiebamus.

Epicrisis.

De morbo, quem exposuimus, in mortem terminato judicium laturi, tam causas ejus efficientes, quam Subjecti ægrotantis ad illas receptivitatem, ab ipsius mali origine ordientes, quantum fieri potest, determinemus, oportet.

Primo quidem satis inter auctores constat, frequentes peripneumonias, uti vocant, sthenicas, licet methodo maxime adaequata tractentur, nihilo tamen secius in pulmonum non debilitatem solum, sed vitia quoque topica sæpius degenerare, v. g. in concretiones, tubercula, vomicas, ulcera, Scirrhos. His ita constitutis, levissima superveniente causa, ægris in continua opportunitate versantibus, morbus revocabitur, atque resuscitatus novi vitiorum, quæ memoravimus, augmenti rationem præbebit. Hinc explicari illa enormis desorganisatio poterit, quam ægra videndam nostra exhibebat. Atque hanc morbi novissimi, ac mortis inductae causam plenariam continere, nec ejus effectum haberi demum posse, his, credo, argumentis luculenter evincetur. Etenim tussis ex anno, et ultra, durans ac fere singulis diebus aucta, pectoris adgravatio cum oppressione et frequenti anxietate, cordis ad motum quemvis

majorem palpitatio a nulla re verosimilius, quam a prædicto derivari vitio possunt.

Ex eodem fonte pulsus intermittentes, quos observare licebat, et inæquales postremo hoc morbo fluxisse, sunt dicendi; a retardato nimirum, seu impedito sanguinis per pulmones circulo, atque majori cordis, ad eum propellendum nisu, profecti. Sanguinis igitur stasi, vel saltim retardatione stimulus continuo acrior excitabatur; juxta notum illud: ubi stimulus, ibidem et adfluxus, congestiones, atque perniciosior inde minimorum ac dein majorum etiam vasorum obstructio, non oriri non poterant. Quovis ergo temporis momento quum stimulus ab induratione illa pulmonis, forte quoque vasa, quibus incumbebat, premente, vehementior redderetur, et effuso sanguine textus cellulosus turgesceret, aeri præcluso paulatim accessu, respiratio animadvertebatur anhela, sublimis, ac stertorosa; progrediente dein irritatione, ac bronchos etiam corripiente mors suffocativa. Pulmonis vero sinistri inflammatio, vel sanguinis potius ad eum congestio majore morbi vi evenisse, neque tamen minus, facta semel, ad mortem contribuisse, censenda est.

(Menstrua irregularia, ac post penitus cessantia, quæ variorum hinc inde malorum fundamenta sternunt, num pejorem ægræ conditionem, non per hujus quidem morbi decursum, sed etiam ante eum, reddiderint, nec ne? decidere non audeo. Prior tamen opinio mihi, auctorum testimonio *)

---

*) V. K. Sprengels Handbuch der Pathologie, II. Th. §. 344. Leipzig 1796.

suffulto, Scirrhos scilicet et alia incommoda isthinc promanasse, inprimis corpore alias jam prono, præplacet.)

Ex his, quæ modo dixi, quæque in historia retuli, ægram peripneumonia asthenica suffocatam decessisse, neminem fore, qui dubitet, confido. Verum adnotare liceat, quod tum ex historia patet, tum ex ipsa ægræ narratione colligebamus, morbum principio invasionis sthenicum fuisse, atque demum in Astheniam neglecto medicaminum congrue adhibitorum usu, ejusque duratione transiisse. Quo enim tempore ægram primum videbamus, et ipsa morbi jamjam memorata duratio, et pulsus debiles, frequentes, inæquales, et summa virium dejectio, caputque occupatum, pallidus faciei color, abdomen tumidum cum Diarrhoea, pedumque oedema incitationem justo magis imminutam, i. e. indolem morbi asthenicam portendebant. Excitante igitur methodo indicata atque adhibita, quod res sinistre eveniebant, nequaquam culpa medico, sed morbi genio et integræ subjecti ægrotantis constitutioni, maxime autem et fere soli vitio topico tribuenda est. Quin certo etiam certius mihi esse videtur, siquis forte pectoris oppressione et dolore punctorio cum respiratione difficili seductus venam inciderit, reconciliari salutem ægræ nequaquam potuisse. Vitio nimirum organico non sublato frustra omnis tentatur medela. Hoc tantum in quæstione relinquo, utrum vena incisa fortassis vita prorogata, an mors maturata fuisset? Hinc utcunque respondeatur quæstioni, non vereor, ne quid prætermissum a me, quod ad salutem pertinere videbatur, mihi objici possit. Namque Hippocratico dicto nitor: „omnia secundum rationem facienti,

et non secundum rationem evenientibus, non transeundum ad aliud, manente eo, quod visum ab initio" *). Quare fiebat, ut excitante methodo abstinere, et manentibus iisdem, ac ab initio deprehendebamus, indicationibus, venæsectione ægram adgredi noluerimus; periculum ut faciant in posterum, quibus placuerit, concedentes.

Th. A. Ruland.

Ophthalmia asthenica.

Josephus Hoehn, Carolopolitanus, annum agens 23tium, famulus domesticus, corpore sat robusto firmoque præditus, exceptis infantium morbis, ac febri intermittente, quæ quatuor ante mensibus eum adflixit, nulli sanitatis turbæ unquam succubuit. Die 12ma Octobris, quum inter labores consuetos corpore aestuante aeri frigido repetitis sese vicibus exposuisset, vespere oculi sinistri (3tio jamjam ætatis anno variolis corrupti, mox dein fatali ictu omnino destructi) dolorem sensit lancinantem, pressorium, nucham quoque occupantem, quo per totam eam noctem ita vexabatur, ut ex somno, ceterum quieto, aliquoties suscitaretur. Die 13tia morbo neglecto solitos labores exsecuturus, præter dolorem adauctum horripilationem animadvertit cum æstu alternantem. Nox subsecuta est inquieta ac fere insomnis; calor magnus atque sitis multa superve-

*) V. Aph. LII. Lib. II. medicin. Hippocraticæ juxta Joann. de Gorter versionem Patavii Anno MDCCLIII. editam.

nerunt. Neque tamen secius æger et die 14ta malum naturæ relinquens operi suo præfuit, absque ullius medicaminis usu. Demum vero, quum lassitudo artuum, capitis dolor atque occupatio, ciborum adpetitus prostratus, horripilationes frequenter redeuntes, et dolorum aucta vehementia accessissent, symptomatibus quovis Vesperi exasperatis noctem reddentibus insomnem, frustra opem naturæ exspectatam videns, Nosocomium juliæum adire decrevit, eodemque 15ma est receptus.

In recepto invenimus, præter memorata, oculi sinistri tantam inflammationem, ut bulbus oculi Speciem quasi candentis carbonis referret. Vasa corneae transparentis alias pellucida ad unum omnia sanguine turgere visa: minimis iisque paucissimis intervallis puncta albicantia remanserunt; conjunctiva, quam vocant, maxime tumida, sanguine velut suffusa; ita quidem, ut præ ejusdem tumore velut retroversæ palpebræ dici possent. Quare oculus massæ carneae prominentis ex orbita præbuit adspectum. Cephalalgia erat ingens, ad verticem capitis præcipue. Pulsus frequentes, ac pleni. Ordinabatur vesicans ad nucham et mixtio sequens:

℞. Spirit. Minderer. unc. dimidiam.
Vin. antimon. Huxh. drach. duas.
Tinctur. thebaic. drach. unam.
M. D.

S. Adsumat ter de die guttas triginta.

℞. Flor. Chamomill.
— Sambuc. aa. unc. unam.
Camphor. drach. unam.
M. D. S. Pro epithemate sicco ad oculum.

Diæta tenuis; pro potu sit Decoctum specier. ordinarium.

Vesperi. Aestus cum siti adauctus; dolores vehementissimi.

Die 16ta. Nox omnino insomnis. Dolores atrocissimi ægrum vix reliquerunt. Mane adhuc conditio eadem. Cum vero ægri habitus debilitatem omnino non innueret, atque pulsus duritiem quandam prodidissent, omnibus percipiendam, methodum adhibere decrevimus antiphlogisticam. Ordinabatur venæsectio, qua circiter octo sanguinis unciæ emissæ et epithemata oculo ex infuso flor. Sambuci cum Sale ammoniaco imposita. Cetera eadem.

Vesperi. Euphoria nulla. Dolores vehementia increvere. Aestus magnus; pulsus parvi, frequentiores.

Die 17ma. Nox, uti priores, perfecte insomnis. Dolores atrocissimi; horror ac æstus alternantes. Mane inflammatio paulo etiam vehementior; membrana conjunctiva cum palpebris magis tumida; caputque magis occupatum. Artuum lassitudo, ciborum aversatio gravior. Pulsus parvi, frequentes, debiles. Malo igitur methodo antiphlogistica in pejus evadente, ophthalmiam, ceteris symptomatibus non contradicentibus asthenicam esse amplius non dubitantes, ordinavimus;

Epithemata sicca uti die 15ta eadem ratione, ac supra præscripsimus; præterea quater per diem tres Tincturæ thebaic. guttas instillari jussimus, addentes:

℞. Mercur. dulc. gran. unum.
Opii purissim. gran. dimidium.
Sacchar. alb. gran. decem.
M. F.

Pulv. pro dosi, et dentur tal. doses sex.
S. Capiat ter de die dosin unam.

Diæta. Portio quadrans. Cetera eadem.
Vespere. Symptomata eadem.

Die 18va. Nox paulo magis quieta. Dolores per intervalla nulli. Cetera eadem.

Vespere. Dolores paululum adaucti. Pulsus parvi, debiles, frequentiores. Cetera eadem.

Die 19na. Eadem rerum, ac heri, conditio. Hesterna medicamina.

Vespere. Aeger per horas duas vehementibus vexabatur doloribus; cetera, uti Medicamina eadem.

Die 20ma. Nox tranquillior. Dolores interdum quidem vehementes per intervalla magna remiserunt. Cetera eadem. Hesterna medicamina.

Vespere. Dolores multum imminuti. Exacerbatio nulla.

Die 21ma. Nox bona. Dolores modo oculi pungentes ægrum aliquoties infestavere. Ceterum æstus ac sitis evanuere, sicuti etiam capitis occupatio artuumque lassitudo decreverunt. Pulsus debiles, frepuentes, parvi. Cetera, uti medicamina, eadem. Omissa tantum tinctur. thebaicæ instillatione ordinabatur:

℞. Decoct. specier. emollient. libr. unam.
Extract. Saturn. Goulard. drach. unam.
M. D.

S. Humectetur linteolum et oculo adplicetur.

Diæta eadem; pro potu sit vinum generosius aqua dilutum.

Vespere dolores fere nulli:

Die 22da. Per totam fere noctem æger optime quievit; dolores raro tantum reversi. Mane

oculi ac conjunctivæ inflammatio valde imminuta. Cetera Symptomata ut plurimum evanuere, et omnes functiones fere in ſtatu ſano verſantes obſervatae. Ordinatio eadem.

Die 23tia. Dolores vehementiores; conjunctiva magis intumuit, floride rubens. Pulſus parvi, frequentes, nec tamen ita debiles. Cetera eadem. Heſterna medicamina.

Die 24ta. Eadem rerum facies. Inſtitui juſſimus oculi tumentis ſcarificationes, quibus duæ circiter ſanguinis unciæ effluxerunt. Ordinatio eadem.

Die 25ta. Oculi tumor imminutus. Cetera eadem. Seponantur pulveres, epithemata continuentur.

Die 26ta. Increvit iterum tumor. Dolores æger queſtus eſt lateris faciei ſiniſtri lancinantes, nucham quoque occupantes. Pulſus tardi, parvi. Continuentur epithemata, adplicetur veſicans nuchæ; præterea utatur ſequenti.

℞. Vin. antimon. Huxh. drach. duas.
Tinct. thebaic. drach. unam.
M. D.

S. Capiat omni bihorio guttas decem.

Repetuntur inſuper oculi ſcarificationes, uti die 24ta.

Die 27ma. Oculi tumor et dolores faciei lancinantes ac nuchæ imminuti. Ordinatio eadem.

Die 28va. Oculi tumor fere nullus; cetera, ut heri; continuetur mixtio ultima; pro oculi fomentatione ſit aqua Goulardi et ſequens:

℞. Merc. præcip. rubri gran. ſex.
Aerugin. gran. decem.

Tutiæ præparat. gran. quindecim.
Axung. porcin. unc. dimid.
M. F.
unguent. D.
S. ter de die, lentis adinſtar, particula penicillo indatur.

Die 29na. Omnia eadem.

Die 30ma. Oculi tumor ac faciei dolores evanuere. Exigua tantum adhuc remanſit inflammatio. Continuentur ſingula.

Die 31ma ad 8vam Novembris omnia eadem. Medicamentum ægro faſtidienti ordinabatur:

℞. Aquæ flor. Sambuc. unc. octo.
Roob ejusdem. drach. tres.
Spirit Minderer. unc unam cum dimidia.
Mellis optim. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochlearia duo magna. Seponantur epithemata.

Die 25ta. Remediis dictis hucusque continuatis oculi inflammatio, atque Symptomata recenſita evanuere. Aeger ſolummodo, ne relaberetur in priſtinum ſtatum, diutius in Noſocomio degebat, uſque dum viribus omnino firmatis hac ipſa die dimitteretur.

Heller.

Febris tertiana intermittens duplicata.

Aegedius Zimmermann coriarius Wirceburgenſis, 20 annorum ſat robuſtus, juvenilem ætatem, quin graviore detineretur morbo, peregit. Ante quatuor annos febri, uti vocaverunt, bilioſa in Noſocomio decubuit, trium Spatio hebdomadum

ſanatus. Ex illo frequentioribus catarrhis vexabatur; calente enim corpore in loco humido, totus ipſe humectatus, ut eorum fert opificium, multum laboravit; huc etiam acceſſit, ut ſæpius, poſt ſtrenuos ſaltus exæſtuans, magnam cereviſiæ copiam ingurgitaret, unde non raro catarrhi mox prætereuntes, quin immo pectoris etiam moleſtiæ permanentes, dolores preſſorii, reſpiratione, quovis motu aucto difficili et anxia adficiebatur.

Die Octobris 8va, cum iisdem opificii ſui potentiis nocentibus ſeſe expoſuiſſet, horripilatione vehementi correptus, ac dein ſubſequentem calorem cum ſudore, cephalalgiam, nauſeam, et vomituritionem eſt expertus. Quæ ſymptomata ſubſecutis diebus, eadem hora, 2da pomeridiana, rediere, pectorisque adeo increvere adfectiones, ut ad Noſocomium æger confugeret, quo die 14ta receptus eſt.

Recepti faciem invenimus pallidam, reſpirationem difficilem, linguam muco albeſcente obductam, abdomen nec tumidum, nec tenſum. Adpetitus fuit proſtratus, nauſea, dolor regionis epigaſtricæ preſſorius, artuum dedolatio, viriumque dejectio. Alvi excretio naturalis, pulſus parvi, frequentes; ordinabantur, donec natura morbi magis pateſceret, ſequentia:

℞. Aq. Flor. Sambuc. unc. ſeptem.
Spirit Minderer.
Mell. optim aa. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

Pro potu ſit decoct. ordinarium, diæta portio quadrans; regimen modice calidum.

Circa horam 2dam pomeridianam æger eodem, ac præcedentibus diebus, frigore per horam di-

midiam durante cum ſubſecuto calore vehementi, cephalalgia, ſiti magna atque ſudore invadebatur.

Die 15ta. Bene dormivit. De cephalalgia, laſſitudine ac dedolatione artuum queſtus, hora 2da pomeridiana horripilatione infeſtatus eſt in ſudorem tranſeunte.

Die 16ta. Nox inquieta; ſomnus tuſſi ſicca turbatus; paroxysmus febrilis non rediit, nec ulla ſeſe Febris veſtigia manifeſtarunt. Ordinatio eadem.

Die 17ma. Nox bona. Aeger excepta reſpiratione difficili ac laſſitudine corporis bene ſeſe habuit. Circa horam 3tiam pomeridianam horror vehemens horam fere perdurans ingruit, ac magnus dein calor cum ſudore largo paroxysmum terminavit. Eadem medicamina.

Die 18va. Proſtrationem virium majorem, pectorisque adfectiones auctas æger incuſavit. Hora 3tia pomeridiana paroxysmus, ſed non eadem, qua heri, rediit vehementia. Continuetur in omnibus.

Die 19na. Nox quieta. Hora 7ma matutina frigus per dimidiam horam durans acceſſit, ſubſequenti calore ac ſudore multo terminatum. Cephalalgia, corporis laſſitudo. Tempore pomeridiano paroxysmus nullus. Heſterna medicamina.

Die 20ma. Nox bona ægro, niſi de pectoris oppreſſione non conqueſto. Hora 3tia pomeridiana paroxysmus horam integram perdurans.

Die 21. Hora 7ma matutina frigus ingens ægrum invaſit; ſecutus calor et ſudor largus, quem per totum corpus diffuſum adhuc hora 9na invenimus. Cernentes igitur febrem intermittentem tertianam duplicatam, ordinavimus:

℞. Alcohol. cort. peruvian. ſcrup. duos.
— Calam. aromat. gran. decem.
M. F.
Pulv. dent. tales doſes duodecim.
S. Capiat temporis apyretici quovis bihorio doſin unam.
℞. Tinct. thebaic. drach. duas.
D.
S. Ante quemvis paroxysmum gutt. viginti.

Pro potu habeat Decoctum lichen. island. et vin. aqua dilutum, frigore durante vaſcula ſæpius ſumat juſculi ex carne bovina parati, ac infus. flor. Chamomillæ.

Die 22da. Nox inquieta; tuſſis ſicca frequens vexavit ægrum; hora 3tia pomeridiana paroxysmus febrilis ſub iisdem ſymptomatibus rediit. Continuentur medicamina. Tali modo, ſed vehementia paulatim imminuta alternavere paroxysmi usque ad 29nam, ubi primo paroxysmus matutinus emanſerat; lenis tantummodo ægrum horripilatio concuſſit, ceterum bene ſeſe habentem. Ordinatio eadem.

Die 30ma. Nox placida, Paroxysmus pomeridianus ſerius rediit frigore non ultra horam quadrantem durante. Cephalalgia, artuum dedolatio. Eadem medicamina.

Die 31ma. Apyrexia. Aeger præter reſpirandi difficultatem ac dolorem pectotis preſſorium bene ſe valere, ait; adpetitus rediit; reliquæ functiones integræ. Continuet in omnibus.

Die 1ma Novembris. Aeger nihil, niſi debilitatem artuum pectorisque oppreſſionem ac tuſſiculam ſiccam incuſavit. Paroxysmus pomeridianus ſerius circa horam 5tam veſpertinam leni cum horripilatione ac calore rediit.

Ab hoc tempore febris plane evanuerat, ejusque ſymptomata nulla reſtiterant; ſanum ægri facies induerat colorem; adpetitus redux, neque ulla, niſi de pectoris oppreſſione et tuſſicula ſicca, uti jam dixi, querela; reliquæ functiones integerrimæ. Continuata medicamina.

Die 4ta. Quum obſtarent dictæ modo pectoris adfectiones præſcribebatur:

℞. Extract. Taraxac. unc. dimidiam.
Sal. ammoniac depur. drach. unam.
Aq. fontan. unc. ſex.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

Diæta portio dimidia; pro potu continuetur Decoctum lichen. island. addita vini aqua diluendi menſura dimidia.

Die 5ta. Conditio eadem. Aegro ingratum ſalis ammoniac. ſaporem non ferente, mutabatur mixtura:

℞. Extract. Taraxac. unc. dimidiam.
Aq. fontan. unc. ſex.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Ut ſupra. Reliqua eadem.

Die 6ta. Reſpiratio liberior, dolorque pectoris preſſorius imminutus; reliqua in ſtatu ſano.

Die 8va. Aeger diarrhoea vexatus quater alvum depoſuit aquoſam; hinc:

℞. Extract. Taraxac. unc. dimidiam.
Aq. fontan. unc. ſex.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. viginti quinque.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat quavis hora cochlear unum.

Cetera eadem.

Die 9na. Diarrhoea nulla; omnes functiones, uti in ſtatu ſano; æger optime ſe valere adfirmavit.

Hiſce itaque continuatis per aliquos etiamdum dies medicaminibus die 15ta Novembris ſanatus noſocomium reliquit.

Chriſtin.

Phtiſis trachealis.

Joſephus Gratz, ex Ducatu Wirtenbergenſi miles poruſſicus dimiſſus, 21 annos natus, habitu corporis macro ac gracili, collo longo, thorace plano ſcapulisque retro prominentibus, præter conſuetos infantum morbos proſpera ſemper uſus eſt valetudine. Parentibus mature amiſſis adhuc debilis puer ruſticano gravi ſervitio ſeſe coactus fuit ſubducere; quo munere 8-9 annos fungens multa hujus vitæ rationis incommoda, tempeſtatis injurias, laborem durum, victumque vilem expertus, hinc male contentus ſorte præſenti Poruſſorum militiæ nomen dedit, ſed, ut milites ſolent, non optima prorſus vitæ conditione uti potuit. Militaria quum per ſex annos jam obiiſſet munia, ſubito, ut ait, inter ſervitia tumore ſiniſtri genu accedente, dein anchyloſi hujus articuli imperfecta adficiebatur, quin probabilem mali cauſam adſerere poſſet.

Qua de cauſa per annum in noſocomio militari ſine notabili eventu verſatus, tandem rei militari impar e ſervitio dimittebatur. In patriam igitur reverſurus iter capeſſivit, ſed, unde ſum-

tus erogaret, non habens, inimica sæpius tempestate sub divo noctes transegit. Quo factum est, ut catarrho gravi atque angina vix non consumtus mendicando in nostram usque urbem corpus emaciatum traheret; ubi in plateis repertus ad Nosocomium die 22da Septembris deferebatur.

Die 23tia Invenimus totum ægri corpus summe emaciatum, infirmum, ut vix pedibus insistere valeret; colorem faciei ex nigro flavescentem; conquestus est dolores faucium urentes, deglutitionem ciborum, nisi fluidorum, impedientes, horripilationes frequentes cum subsequente calore, præcipue ad vesperum, sudores nocturnos; insomnia.

Syphilidem prægressam nec est confessus, nec in genitalibus aperta hujus vestigia potuere indagari. Pulsus frequentes, exiles, vox clangosa, rauca, exilis. Ordinabatur:

℞. Aq. flor. Sambuc. unc. septem.
Vin. antimon. Huxh. drach. unam.
Spirit Minderer.
Mell. optim. aa. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochlearia duo.

℞. Liniment. volatil. camphorat. unc. duas.
D.
S. Pro inunctione colli.

℞. Specier. emollient pro Gargarismate. unc. quatuor.
D.

℞. Mell. rosar. unc. tres.
D.
S. Gargarismati misceantur.

Diæta juscula ex carne et ovis parata; pro potu sit Decoctum ordinarium; regimen modice calidum.

Die 24ta. Nox insomnis; sudor largus; deglutiendi difficultas; idem faucinm dolor; pulsus valde debiles, frequentes; sine tussi sputa exscreavit puriformia; quæ ingratum ac putrescentem saporem in ore reliquerunt. Cetera, uti ordinatio, eadem.

Vespere. Symptomatum exacerbatio.

Die 25ta. Nox quieta; imminuti faucium dolores; loquela atque deglutitio liberior. Reliqua eadem. Sub Vesperum exacerbatio.

Die 26ta. Nox inquieta; dolores faucium redierunt vehementiores; loquela et deglutitio vix non plane impeditæ; puris exscreatio, vires prostratæ. Aeger mixturam supra ordinatam dolores inter deglutiendum sibi inferre, conquestus; hinc præscribebatur:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. unam.
Coq. c. Aq. fontan. unc. quindecim.
ad remanent. unc. octo.
Cola. in Colatur. dissolve
Pulv. gi. arabic. unc. dimidiam.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Sumat omni hora cochlear unum.

Cetera continuentur.

Die 27ma. Status idem. Instituta faucium exploratione magnam veli penduli portionem ad sinistrum destructam, verum uvulam ad dextrum latus adpressam ac exulceratam passimque faucium excoriationes invenimus; hinc, et ob suspicionem ex ambiguo vitæ genere captam, inter usum jam memoratorum medicaminum præscripsimus:

℞. Merc. dulc. gran. unum.
Opii pur. gran. dimidium.
Sacchar. alb. gran. quindecim.
M. F.

Pulv. dentur tales doses sex.

S. Capiat quovis mane ac vesperi dosin unam.

Reliqua repetantur.

Die 28va. Cibi ac potus per nares redierunt; deglutitio omnino fere impedita, cetera eadem.

Die 29na Septembris usque ad 4tam Octobris iisdem remediis continuatis idem semper morbi status. Auctus tracheae dolor; noctes insomnes, sudoriferæ; pulsus debiles, frequentissimi, virium prostratio summa; sub vesperum semper febris exacerbationes. Larga salivatio orta; saliva, sponte effluens diu noctuque, lintea madefecit. Præterea diarrhoea duodecim intra 24 horas sedes aquosas dejecit; abstinuimus itaque a pulvere mercuriali et ordinavimus:

℞. Pulv. gi. arabic. unc. dimidiam.
Aq. fontan. unc. octo.
Laud. liq. Sydh. scrp. unum.
Syrup. Altheæ. unc. unam.
M. D.

S. Capiat quavis hora cochlear unum.

Cetera eadem.

Die 5ta. Diarrhoea cessavit; salivatio continua; debilitas aucta. Reliqua symptomata eadem.

A die 6ta ad 16tam Octobris. Usu medicaminum licet continuato æger in dies magis emaciatus; debilitas crevit; calor cutis urens, febris vehementior; diarrhoea colliquativa; vox exilissima; dolor pressorius in regione ossis sterni, ejectio ingerendorum per nares major; fluida deglutiendi sublata potestas, quum tussi excitata rejicerentur confestim; hinc epiglotidem vel ex parte corruptam intulimus. Ordinatio:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. unam.
Coq. c. Aq. font. unc. ſedecim.
ad remanent. unc. octo.
Cola. in Colatur: diſſolve
Pulv. gi. arabic. drach. ſex.
adde
Laud. liquid. Sydenh. ſcrp. unum.
Syrup. Altheæ. unc. unam.
M. D.
S. Capiat quovis bihorio cochlearia duo.

Die 17ma. Conditio eadem. Heſterna medicamina.

Die 18va. Summa corporis totius emaciatio, tantaque virium proſtratio, ut erectus in lecto ſedere amplius nequiret. Diarrhoea perduravit colliquativa. Vox tam exilis, ut vix perciperetur ab adſtantibus; deglutire ne guttulam quidem unam valuit; extremitatum frigus; pulſus tremuli, vix perceptibiles; atque ſic per aliquot adhucdum dies veluti inhæſit vitæ, donec demum 25ta Octobris mors profecto læta triſtiſſimæ fortunæ finem faceret.

Sectio Cadaveris

Die 26ta inſtituta hæc nobis videnda præbuit:

Habitus corporis externus.

1). Præter ſummam maciem in genitalibus quoque circa coronam glandis folliculi quidam in pene et cicatrices; veſtigia prægreſſarum exulcerationum venerearum adfuere.

2). Uterque teſticulus magnitudinem ovi anſerini adæquans, induratus.

Aperto faucium Cavo:

3). Poſterior pharyngis paries in regione vertebræ colli 3tiæ cum hac arcte concretus.

4). Superficies interna pharyngis ex maxima parte exulcerata; in latere dextro portio ejusdem superior ad musculum rectum capitis anticum majorem usque exulceratione consumta.

5). Velum palatinum et uvula tumida, ac nonnihil indurata; ejusdemque margines in utroque latere exulcerati.

6). Portio musculi palatopharyngei, quæ ad conformationem arcus posterioris veli palatini confert, plane destructa.

7). Glandulæ tonsillares utriusque lateris exulceratione consumtæ.

8). In latere sinistro laryngis membrana inter cartilaginem arytenoideam et epiglotidem exulceratione destructa usque ad marginem epiglotidis, quæ nudata fuit: inde nec apertura ad rimam glotidis exacte recludi, potuit.

9). In eodem latere cornu majus superius cartilaginis thyreoideæ ex maxima parte mollibus tegumentis nudatum, separatumque prominuit, ligamento thyreoideo laterali ab eodem dissoluto.

Christin.

NOVEMBER.

Hujus mensis variæ fuerunt vicissitudines, ita, ut nebulæ, nives, pluviæ, venti se invicem exceperint. 1ma dies nebulosa, pluviosa; 2da cum 3tia, quæ coelum nubibus tectum habuit, insimul ventosa, calidior. Verum 4ta, 5ta et 7ma pluviosa; 6ta, coelo nubibus obducto, amoena, calida. 8va præter pluvias et nives cum ventis et frigore intensiori tulit. Pluviæ item 9na et 12ma cecidere; 10ma vero mane glaciem habens, ceterum ventosa, frigida; 11ma nivibus, mox liquefactis, infesta fuit. Dein 13tiam calidiorem, serenam secuta est tempestas nebulosa, nubeculosa, frigida ad 16tam usque et 17mam, mane pluviosam. Dies 18va nubeculosa, frigida et 19na mane glaciem induxit utraque; ast 19na serena amoenaque cum 20ma et 21ma effluxit. A 22da usque ad 29mam nebulæ, nubes, frigus; 28va serena; 29na et 30ma nebulis nubibusque coelum obducentibus ingrata.

Rheumatismi, febres rheumaticæ, anginæ catarrhales, pleuritides, diarrhoeæ per hunc mensem regnavere; morbi regimine modice calido ac leniter excitante methodo facile profligati. Variolæ passim et in urbe gravioris momenti visæ sunt, ut plurimum nervosæ, immo confluentes. Maxima in urbe nostra degentium pars coryza laboravit atque catarrho, Incepit morbus horripilatione ac

calore alternantibus; artuum dedolationi, lassitudini animique dejectionibus accessere postmodum febri durante capitis dolor in fronte pressorius, in nucha terebrans, vertigo, aurium susurrus, oculorum obnebulatio, narium siccitas; pruritus; his conjuncti sensationem frequens sternutatio concomitabatur; saepe etiam initio serum acre stillabat ex naribus; adfuere porro pectoris oppressio, tussis sicca et seri in bronchiis titillationis sensu provocata exscreatio; dolores fugitivi per thoracem lancinantes. Nec raro ægri per noctem ingruente suffocatione somno excitabantur. Continua muci tenacis exscreatio, fauces ac rimam glotidis irritantis; cujus tam vehemens stimulus fuit, ut ægri continua vomituritione, immo vomitu ipso inani, mucoso defatigarentur. Adpetitus prostratio, sapor oris vappidus; alvus liquida, sæpe torminibus juncta. Sitis magna; urina pallida. Cutis arida; calida, dolores per artus lancinantes. Insomnia. Duravat morbus per quinque septemve dies; finitus cutis madore, sputis tenacibus, flavis, muco e naribus copioso stillante. Atque his non adulti solum, sed etiam infantes graviter laboravere. Administravi plerumque vinum antimonii Huxham. Spiritum Mindereri cum Roob Sambuci; quæ remedia ad debilitantia neutiquam, potius ad leniter excitantia pertinere, vel ex effectibus, quas adhibita edunt, licet æstimare.

Majore vero morbi gradu, ubi nimirum sopore quasi adfectus æger jacebat, vertigo, anxietas et magna virium prostratio aderant; junxi et hisce remediis infusum radicis Valerianæ, Serpentariæ, Aq. menth. piperitæ, granulum unum, duo, tria Opii forma tincturæ thebaicæ pro ratione scilicet

gradus debilitatis. Quibus, morbo ad finem vergente, ſubſtitui decoctum lichenis cum radice polygal. Seneg; qua methodo brevi reſtitutos vidi ægros.

Obſervavimus etiam, ſed raro, febres nervoſas ac hujus generis eryſipelata: quorum indoles et curandi ratio ex hiſtoria infra enarranda patebit. Cephalæa periodica, quæ occurrebat, cortice peruviano, tempore apyretico ac guttis tincturæ thebaicæ viginti ante paroxysmum adſumtis brevi diſſipabatur. Invaſit quotidie ægrum dolor hora matutina ſeptima. Nulla hujus periodici doloris cauſa ſatis patuit, præterquam, quod tempeſtas nebuloſa, humida, in qua æger multum verſabatur, malum adtuliſſe potuerit.

Cyſtitidem ex gonorrhoea neglecta ortam inter alios morbos, minus notabiles, memorare licebit, præcipue, quum frequentiſſimus hic, ex tractata male gonorrhoea natus, morbus frequenter a pluribus medicis haud ita ſatis dignoſcatur. Sæpiſſime vidi talem morbum injectionibus irritantibus, urethræ adplicatis eo gonorrhoeæ ſtadio, quod inflammationis dicunt, ſuſcitatum. Varii ſunt auctores, qui injectiones ejusmodi, in vigore etiam mali, ſummis laudibus deprædicent; quorum methodum potiori jure ad ingenii figmenta referre, quam rationi ac experientiæ innixam commendare licet. Hiſce revera dictum eſto proverbium de cetero falſiſſimum; quo optimus quisque theoreticus, peſſimus eſſe practicus arguitur. Quin immo multi eorum ea, quæ ingenio excogitavere, nunquam praxi, qua omnino carent, experti ſunt. Hujuscemodi injectiones repugnant rationi; namque ſi gonorrhoeae decurſum ſpectes, tria ſtadia, nempe irritationis, inflammationis ac

relaxationis, jure diſtinguas, indeque diverſam morbi indolem perſpicias. Quid inflammatio topica, quaenam medicamenta et regimen neceſſaria ſint, quilibet medicus ſatis noverit. Itaque incongruum certe, immo perniciosum erit, ea præſente, quod non negligendum eſſe contendunt, irritantia adplicare parti adfectæ; quibus morbi vigor profecto augetur, ita quidem, ut et partes adjacentes in conſenſum trahantur, immo ipſis quoque radiis inflammatoriis teneantur. Quodſi enim hoc in ſtadio leniſſimæ quæque injectiones adplicentur, e variis mucilaginoſis, emollientibusque paratæ; ſtimulo ſtimulus addetur, atque inflammatio augebitur, præſertim, quum et ipſa injectio vi quadam abſolvatur, unde partis hujus incitatio non augeri non poſſit. Prolatis hiſce egregie conſentit experientia! adplicatis enim injectionibus inflammationis tempore, ſemper majorem inde enatum vidi Gonorrhoeae gradum; urethra magis magisque doluit, tumuitque; orta ſunt ingens ſtranguria, veſicæ teneſmus; bubones, ſarcocele; inflammatio univerſæ urethrae, proſtatae, neque minus Veſicae, cujus in exemplum hiſtoria noſtra enarratur. Equidem irritationis et relaxationis ſtadio injectiones ex variis irritantibus, v. g. Opio, Lythargirio paratas, utiles obſervavi, ita, ut ſubito aufferrent gonorrhoeam; ſed ſtadio inflammationis non ſolum protraxere morbum, verum etiam incommoda auxerunt, immo alia mala progeneravere graviora. Moneo itaque juniores medicos, ut ſtadio inflammationis gonorrhoeae ex notis principiis morbi inflammatorii, adparatum illum omnem irritantium ſtrenue damnent.

Quodſi ex neglecta gonorrhoea, aut irritantibus variis, ut ajunt, ſuppreſſa, qua nempe major

inflammationis gradus nascitur, cystitis exoriatur, varia adparent phaenomena, morbum satis declarantia. Muci scilicet, qui antehac ex urethra profluxerit, quantitas imminuitur, aut ipse omnino cessat effluxus: augetur stranguria; regio vesicae ab adtactu dolet, atque per intestinum rectum explorata vesica tumet doletque; urina aegre missa saepe, tantummodo stillans rubra est, quandoque flava, copiosumque refert puriforme sedimentum, tantae quantitatis, ut duas uncias hujusmodi sedimenti in vitro octo unciis urinae impleto cernas. Aeger siti, dolore ac febre torquetur; pulsus saepe modice frequentes, subduri; caput dolet, somnus inquietus, anxietas, adpetitus prostratus, alvus adstricta, cutis sicca, viresque dejectae; aeger tristis de fato suo anxius pavet. Copiam hujus sedimenti in urinis visi internae membranae Vesicae urinariae ex tota superficie inflammatae tribuo; est lympha, ut credo, plastica, quam saepius ex partibus inflammatis stillantem videmus. Saepe ipsam hanc materiam puriformem experimentis *Grassmayeri* subjeci, quae dein gelatinam, quam et in nostro aegro observavimus, retulit; unde orta sunt dubia, num fortassis ipsa vesica jam sit exulcerata; an ipsa experimentis orta *Grassmayeri* gelatina sit effectus lymphae plasticae inflammatione transudantis? Leves adfuisse vesicae exulcerationes nostro in aegro, facilius judicatu est, quum sublata cystitide idem materiae puriformis effluxus continuaverit; quid? quod et ipsa tractandi methodus judicium confirmavit nostrum; namque excitantibus remediis, China et aqua calcis morbum profligavimus. Interim orta ex neglectu gonorrhoeae cystitide, generalis nostra methodus erit, debilitantibus, in primis venaesectione atque

hirudinibus veſicae regioni adplicatis inflammationem auferre; qua ſublata non raro gonorrhoeam iterum fluentem videbimus multo aegri cum levamine. Orta autem ex ſthenica inflammatione aſthenica per debilitatem indirectam, ipſius nempe inflammationis augmento, ubi eadem muci copia ex urethra ſtillare pergit, aut ortis ex veſicae membranae internae inflammatione ulceribus, ex quibus, uti fontibus, materies puriformis cum urinis profluit, adhibui praeter diaetam nutrientem, carneam, remedia excitantia roborantia; quorum prae ceteris maxime hac ſub conditione ſatisfecit pulvis corticis peruviani cum aqua calcis porrectus; et in aliis caſibus opem praeſtitit aqua mephitica alcalina *Falconeri*, in variis ſyſtematis uropoetici morbis praeclari uſus reperta. Dolores per artus lancinantes, de quibus aeger noſter conquerebatur, nolo tribuere gonorrhoea ſuppreſſae auctaeque inflammationi; magis enim refrigerio tribuendi ſunt, et potius ut arthritici agnoſcendi, quum fluente adhuc gonorrhoea et praeſente majori inflammationis gradu jam adeſſent. Hinc et hiſce ex ſuo capite praecipue remediis externis morbum tractavimus.

Eryſipelas puſtuloſum.

Barbara Borſt, Laudana 22 annorum, habitu corporis valido ac robuſto praedita, per 10 jamjam annos ancilla, morbos infantiles ſuperavit ita, ut, exceptis catarrhis, poſtmodo ſemper optima gauderet ſanitate. Tribus autem abhinc menſibus, quum cognatos viſura, pedibus iter ſat longum confeciſſet, obnoxiae tempeſtati pluvioſae aerique

humido catamenia tum fluentia turbata primum ac dein omnino ſunt oppreſſa.

Exinde aegra quidem ſenſit anhelationem, aſthma, horripilationes doloresque in pudendorum regione, queis acceſſit tuſſicula ſicca, cum dolore lateris punctorio. Aſt haecce ſymptomata magni haud exiſtimans momenti, quum illa indies vehementia decreſcere, munerique ſuo ſe parem peragendo videret; omnem medicaminum uſum reſtituendi menſtruorum fluxus cauſa ſolennium, eumque ſine notabili valetudinis detrimento neglexit. Verum ſex ante diebus lavandis occupata veſtimentis imbre tota quanta madens correpta horripilatione ac frigore tam intenſo, ut laborem ſeponens lectum peteret; mox dein incaluit per totum corpus ſudore perfuſa. Pectoris oppreſſio, dolores lumborum pungentes, reſpiratio difficilis et anxia ſeſe adjunxere; collum ac tota facies intumida; tonſillae et jugulares glandulae dolebant, difficilemque deglutitionem ac vocem quam maxime raucam reddebant. Anorexia, oris amaror, dolor capitis et artuum dedolatio. His ſubventura incommodis exigua tartari emetic. doſi adſumta bis vomuit, niſi parum aquae pituitoſae, non rejiciens. Medicus dein conſultus medicamen exhibuit, quo duodecim aquoſae alvi dejectiones effectae.

Variis, quas enumeravimus, cauſis debilitantibus quum fractae eſſent aegrae vires, intumeſcentia faciei ita increvit, ut quovis oris motu cutis ruptionem timere aegra ſeſe dixerit; oculorum adfuit ſplendens rubedo, palpebrarum et labiorum tumor; aeris per nares aditus interclufus; reſpiratio per os inſtituenda; puſtulae ſeroſo humore per faciem erumpentes, impletae, fundo

rubro insidentes, quasi combustione ac cantharidum adplicatione ortae; inter se confluentes. Quibus adsociata ingens cephalalgia, aurium susurrus, lingua sicca, sitis magna, cutis arida; caput occupatum.

Hac cogente rerum conditione nosocomium die 11ma Novembris petens recepta est, receptaeque ab adsistente medico praescriptum:

℞. Aq. flor. Sambuc. unc. septem.
Vin. antimon. Huxh. drach. unam.
Spirit. Minderer.
Mell. optim. aa. unc. unam.
Roob Sambuc. drachm. tres.
M. D.

S. Omni hora cochlear. unum.

Die 12ma. Nox insomnis et inquieta fuit ob dolores faciei urentes. Invenimus praeter recensita symptomata faciem quam maxime tumescentem laeteque rubentem; insistunt praeter pustulas jam crustae flavae, pustularum ruptione ortae; calor magnus, sudor frontis, respiratio difficilis, tussicula sicca; dolor supra oculos fixus, sopor, aurium susurrus, cordis palpitatio; abdomen tumidum, cardialgia, lassitudo, dolores artuum, totiusque corporis languor. Pulsus frequentes, parvi, debiles. Alvus clausa. Ordinavimns:

℞. Pulv. rad. Serpent. virgin. unc. dimidiam, infunde
Aq. fervent. unc. septem.
Cola. Colatur. adde
Liquor. anod. min. Hofm. scrup. duos.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni bihorio cochlear unum.

℞. Camphor. gran. duo.
Sacchar. alb. ſcrp. dimidium.
M. F.
Pulv. dent. tal. doſes duodecim.
S. Sumat per vices cum mixtura doſin unam.

℞. Aq. font. unc. duodecim.
Alcohol vin.
Syrup. cort. Aurant. aa. unc. unam.
M. D.
S. pro potu.

Diaeta portio 3tia, et juſculum carnis ovo tinctum; pro potu etiam interdum fuit infuſum theiforme ex flor. Sambuci. Regimen modice calidum.

Veſpere. Febris et omnium ſymptomatum exacerbatio.

Die 13tia. Nox parum quieta. Adpetitus etiamdum proſtratus; lingua humida; nauſea, oris amarities. Sitis cum calore magno. Sudor per univerſum corpus; cephalalgia, caput tamen minus occupatum. Diſparuerunt jam puſtulae in faciei parte ſiniſtra; pulſus minus frequentes, ſed parvi adhuc et debiles. Alvus clauſa. Ordinabatur:

℞. Pulv. rad. Serpent. virgin. unc. dimidiam.
infunde
Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. Colatur. adde
Napht. Vitriol. drach. unam.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.
S. Ut prius.

Repetantur pulv. ex Camphora et potus ex Alcohol. Vini.

Veſpere. Febris et ſymptomatum exacerbatio. Ad alvum promovendam clyſma emolliens.

Die 14ta. Nox inquieta. Semel alvus mota. Pulſus rariores, minus debiles et parvi. Urina cruda cum ſedimento rubro. Cutis mador. Aurium adhuc ſuſurus. Ceteta ſymptomata eadem, aſt imminuta.

Medicamina eadem et Diaeta.

Veſpere. Levis Exacerbatio.

Die 15ta. Capitis dolor nullus; reſpiratio libera; tumor faciei decrevit. Desquamatio cruſtarum inchoata. Tuſſis nulla, nullus aurium ſuſurrus. Pulſus tardi, fortiores. Adpetitus major; omittitur infuſum Serpent. virgin. cum napht. Vitriol. praeceptis ex Camphora pulveribus continuatis, doſi ad quodvis trihorium una.

Veſpere. Nulla exacerbatio.

Die 15ta - 17ma. Omnia eadem.

Die 18va. Tumor faciei omnino diſparuit; desquamatio cruſtarum perfecta: nullus capitis dolor; reſpiratio facilis; adpetitus bonus. Pulſus tardi, debiles. Alvus clauſa. Pulveres ex Camphora aegrae recuſanti ordinabatur:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. fontan. unc. duodecim.
ad remanent. unc. ſex.
Cola. Colatur. adde
Liq. anod. min. Hofm. ſcrp. duos.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.
S. Capiat quavis hora cochlear unum.

Diaeta et potus eadem. Clysma emolliens.

Veſpere. Aegra ſemel alvum depoſuit. Cetera eadem.

Die 19na. Aegra nondum ſatis bene adpetivit cibos. Odontalgia. Pulſus tardi, fortes, molles. Cetera eadem.

Die 20ma - 21ma. Eadem. Continuetur in omnibus.

Die 22da. Nullus dolor; reſpiratio bona. Pulſus tardi, fortes, molles. Alvus clauſa. Ciborum averſatio; abdomen tumidum, tenſum; catamenia nondum reverſa, nec tamen exin moleſtia.

Medicamina et Diaeta eadem.

Die 23tia. Adpetitus bonus; ægra carnem tantummodo recuſavit. Cetera eadem.

Medicamina heſterna; eadem Diæta cum juſculo carnis ovo parato.

Die 24ta - 25ta. Omnes functiones fere integræ; nulla enim pectoris adfectio; nulla cephalalgia; adpetitus bonus; alvus ſponte mota. Plurimæ cruſtarum partis desquamatio. Pulſus tardi, fortes, molles. Medicamina ſepoſita. Diæta eadem; pro potu menſura vini generoſi quadrans.

Die 26ta - 27ma. Eadem. Sub hac itaque Diæta, per aliquos etiamdum dies quiete gaudens ægra priſtinum recuperavit robur, et conſtante jam omnium functionum integritate viriumque vigore ſana die 29na Novembris noſocomio exceſſit.

Fegelein.

Febris nervoſa.

Georgius Herold Arnſteinenſis, 19 annorum, cæmentarius corporis conſtitutione non tam valida, potius gracili, præditus, parentum indigorum filius ſub victu viliſſimo jam ab ætate tenera duro, quoad permiſere vires, labori deditus, annis etiam provectior ambiguam inter valetudinem eodem

agresti opere in dies occupatus, ast nullo graviore morbo fuit detentus. Anno autem præterlapso, causæ cujuscunque, (si vitæ rationem excipias) inscius febri intermittente correptus, mox etiam, absque ullo medicamentorum usu, liberatus coementarii munus fracto adhuc corpore suscepit. Quod quum per dimidium annum, mercede parcissima victui parando minime sufficienti usus, sustinuisset, ad quemvis morbum asthenicum alioqui pronus, die 7ma Novembris strenue exantlatis laboribus, calenti corpore refrigerium admisit, quippe hac tempestas pluviosa et frigida intraverat.

Brevi horripilatione magna invasus animique deliquio prostratus opus reliquit: sed horripilationes recruduere frequentiores, subsecutis caloribus. Nox insomnis, angina fortis, diarrhoea aquosa. Die itaque 8va in nosocomium receptus crebras incusavit horripilationes cum alternante calore; adpetitum prostratum; dolores abdominis lancinantes; diarrhoeam aquosam perstantem; artuum dedolationem; caput occupatum; vertiginem; aurium tinnitum; impeditam deglutiendi facultatem; faciem invenimus tristem, pallidam; linguam humidam, fauces inflammatas, albescente muco obductas; angina catarrhalis visa. Pulsus parvi, debiles, frequentes. Ordinavimus:

℞. Aq. flor. Sambuc. unc. octo.
Tinct. thebaic. gutt. viginti quinque.
Spirit Minderer.
Syrup. Diacod. aa. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.

Diæta tenuis; pro potu Decoctum specier. ordinarium; regimen modice calidum.

Veſpere. Capitis gravitas major; pulſus pleniores, frequentes. Reliqua eadem. Tèr alvus fluida ſeceſſit.

Die 9na. Status fere idem; nox modice quieta; ſedes per noctem duæ tantummodo magis conſiſtentes. Cetera, uti medicamina eadem.

Die 10ma. Exacerbationem heſterno veſpere ſat gravem inſecuta nox eſt inquieta, ſomniis plena; pulſus duriuſculi, vires ægri penitus fractæ, plumbea artuum laſſitudo, ſummus torpor, capitisque gravitas, obnebulatio, vertigo, aurium ſuſurrus vehementiora in univerſum Symptomata fuere. Medicamina heſterna.

Veſpere. Exacerbatio ſymptomatum major; pulſus pleni, duri, frequentes, calor auctus per totum corpus diffuſus; ſopor; deliria mitiora. Cetera eadem.

Die 11ma. Nox ſatis quieta. Diarrhoea nulla. Dejectio corporis major, aurium ſuſurrus continus; auditus gravior; vertigo, capitis dolor, deliria, ſopor haud interruptus; calor auctus, cutis et lingua madida; pulſus frequentes, ſed molles. Cetera eadem. Sequens ordinatio:

℞. rad. Valerian. ſylv. unc. dimidiam.
infunde Aq. fervent. unc. ſeptem.
Cola. Colatur. adde
Liquor. anod. min. Hofm. drach. unam.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.
S. Quavis hora cochlear unum.

℞. Camphor. optim. gran. duo.
Sacch. alb. ſcrup. dimidium.
M. F.
Pulv. dent. tal. doſes novem.
S. Omni trihorio capiat doſin unam.

℞. Aq. fontan. libr. unam.
Alcohol vin.
Syrup. cort. Aurant. aa. unc. unam. cum dimid.
M. D.
S. pro potu.

Vespere. Exacerbatio symptomatum; deliria, tendinum subsultus interdum observati; pulsus maxime celeres; calor mordax, digitos urens; cutis cum lingua sicca; sitis magna; diarrhoea nulla; cetera eadem.

Die 12ma. Nox sopore transacta, exacerbationis accessione præterlapsa, praeter deliria minus frequentia, quies; calor imminutus; lingua humida, cutis madens; potus spirituosi adpetitus magnus. Pulsus nec tam pleni ac frequentes, quam heri, nec tamen vis arteriarum constitit. Hinc:

℞. Camphor. optim. gran. tria.
Sacchar. alb. gran. quindecim.
M. F.
Pulv. dent. tal. doses novem.
S. Capiat. omni trihorio dosin unam.

Repetant. reliqua: Diaeta sit e vino et vitello ovorum parata; potui addatur mensura vini quadrans aqua diluendi.

Vespere. Exacerbatio fortis; deliria vehementiora, e lecto æger prosilire conatus; cutis arida, calor urens; pulsus fortes, frequentes; lingua siccissima, sitis magna.

Die 13tia. Nox inquieta, insomnis, deliria eadem ferocitate continua, ut vix in lecto retineri æger potuerit; calor auctus, lingua sicca; pulsus 104 uno minuto micantes, majorem, quam superioribus diebus, vim exerunt; abdomen adtactu dolorificum. Ordinabatur:

℞. Spirit. Vin. camphor. unc. quatuor.
D.

S. Ad inungendum abdomen et extremitates lavandas. Suris porro adplicentur veſicatoria, ut rubefacentia. Reliqua medicamina eadem.

Veſperi. Exacerbatio vehementior; deliria perſiſtunt; calor atrox; tendinum ſubſultus. Reliqua eadem.

Die 14ta. Nox paulisper quieta; deliriorum vehementia minor; pulſus celeres, ſed fortiores, plenioresque, lingua arida, calor auctus; cutis ſicca. Alvus jam per 48 horas nulla. Ordinabatur:

℞. Decoct. cort. peruvian. libr. unam.
Liq. anod. min. Hofm. drach. unam.
Tinct. thebaic. drach. ſemis.
M. D.

S. pro clysmate; ter de die injiciantur unciæ quatuor. Cetera eadem.

Veſperi. Exacerbatio mitior. Clysmate injecto alvi fluidæ in lectum ſeceſſus cum ſummo foetore; tendinum ſubſultus; pulſus celeriores, intermittentes, inæquales; tremores manuum et labii inferioris; abdomen tumidum in modum Meteorismi. Continuetur in omnibus.

Die 15ta. Nox inquieta: Diarrhoeae in lectum aquoſæ ſeceſſus; ſopor; ingens virium dejectio. Pulſus fortiores viſi ac æquales. Lingua nonnihil humida; deliria adhuc, ſed mitiora. Ordinabatur:

℞. Camphor. optim.
Moschi aa. gran. duo.
Sacchar. alb. ſcrup. unum.
M. F.

Pulv. dentur. tales doſes duodecim.
S. Capiat omni bihorio doſin unam.

℞. Extract. cort. peruvian drach. duas.
Solve in Aq. font. unc. ſeptem.
adde
Napht. Vitriol. drach. unam. et dimidiam.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat quovis bihorio cochlear unum.

His inſuper addantur fomentationes ex ſpeciebus ſic dictis cephalicis vinoſæ abdomini imponendae. Sinapismi utrique brachio adplicati. Continuentur Spirit. vini camphorat. inunctiones et potus ex Spirit. vini et Syrupo, ut ſupra.

Diæta, potus, regimen eadem.

Veſperi. Deliria remiſere: æger ipſe, alvum depoſiturus, lecto ſurrexit. Sudor univerſalis. Pulſus æquales. Cetera eadem.

Die 26ta. Nox quieta. Deliria ſæpe per magnum temporis ſpatium nulla. Aeger ipſe cibum potumque petiit, cutis madida; lenis perſpiratio; calor, ut in ſtatu ſano; pulſus celeres, et æquales; abdomen molle, Diarrhoea nulla; ſtatus adhuc ſoporoſus, viriumque vitalium ſuppreſſio. Continuetur in omnibus.

Veſperi. Exacerbatio mitior. Deliria fere nulla; cutis madida, lingua ſicca; pulſus inæquales, intermittentes, frequentes.

Die 17ma. Nox quieta; ſomnus fere, ut hominis ſani; deliria nulla; auditus adhuc gravis; calor ſano ſimilis; cutis madida; ſiccitas linguæ, aurium ſuſurrus; pulſus inæquales, fortiores, et intermittentes. Abdomen adtactu dolorificum. Heſterna medicamina.

Veſperi. Exacerbatio vix ulla; pulſus æquales; cutis mador; reliqua bona.

Die 18va - 19na. Aeger plane fui compos cibum adpetivit et vinum. Oculi vivaciores, loquela expeditior; fenfibilitas major; conqueftus dolores a veficatorio ad furas ortos. Sufurrus aurium, ad utramque gravior auditus; lingua madida, cutis ficca. Pulfus æquales; celeritate minuti. Continuentur medicamina.

Vefpere. Exacerbatio vix ulla.

Die 20ma. Nox quieta: fenfus virium dejectionis ægro graviffimus. Sopor talis, ut vix excitari poffet; lingua arida, rubens; oculi debiliores; pulfus inæquales, intermittentes; alvus fluida femel mota.

Quum ob meliorem ægri conditionem heri vifam pulveres ex Camphora tres per diem fumendos fuaserimus, hodie omnia medicamina modo fupra defignato repeti juffimus.

Vefperi. Aeger alacrior, faciliori negotio fopore excitatus; pulfus æquales; vox libera; alvus amplius non fluida.

Die 21ma. Nox bona; fopor evanuit; lingua paulisper humida; cutis arida; pulfus parvi, dolores colici. Ordinabatur:

℞. Camphor. gran. tria.
Moschi optim. gran. duo.
Sacchar. albi fcrup. unum.
M. F.
Pulv. dent. tal. dofes duodecim.
S. Capiat omni bihorio dofin unam. Pro potu habeat Decoctum lichenis islandici cum ceteris.

Vefperi. Exacerbatio haud magna; reliqua eadem.

Die 22da. Nox inquieta, tuffi frequente et ficca æger vexatus; dolores colici mitiores, fere nulli; pulfus parvi, facile opprimendi; lingua ficca.

Vefperi. Lenis exacerbatio.

Die 23tia - 24ta - 25ta. Adpetitus rediit, nec, nisi debilitatem, viriumque summam prostrationem, æger incusavit; dolores colici ac capitis nulli; interdum aurium tinnitus; abdomen molle, lingua humida; tussicula sicca perduravit; pulsus fere uti in statu sano. Ordinabatur:

℞. Pulv. cort. peruvian. unc. unam.
Coq. c. Aq. font. unc. sedecim
ad remanent. unc. octo.
Cola. Colatur. solve.
Extract. cort. peruvian. drach. duas.
adde
Napht. Vitriol. drach. unam.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.
S. Capiat dimidia quavis hora cochlear unum.

Omittantur fomentationes, supra dicta clysmata, potusque ex Alcohol. olo utatur potu ex Lichen. islandici Decocto, et mensura vini dimidia. Diaeta carnea.

Vesperi. Exacerbatio vix sensibilis.

Die 26ta. Nox bona. Tussis cessavit. Aurium susurrus, vertigo major. Reliqua salva. Continuetur in omnibus.

Vesperi. Exacerbatio lenis; pulsus fortiores, ac pleniores; capitis dolores.

Die 27ma. Omnia bona, sed sensibilitate majori reversa questus est de dolore ad os sacrum. Exploratione dehinc instituta deteximus ulcus gangrænosum ad os sacrum magnitudinem volæ manus fere adæquans ex decubitu ortum. Partibus gangrænosis scarrificatis resciffisque adplicavimus oleum Therebinthinæ et fomentationes ex Decocto Chinæ et Spirit. vin. camphorat. In ceteris medicaminibus continuavimus.

Die 28va. Aeger in cubiculo obambulans non accusavit, nisi ulceris dolores, debilitatem ac vertiginem auctam inter ambulandum. Pulsus debiles. Reliquæ functiones integræ. Eadem medicamina.

Die 29na. Adpetitus et somnus bonus. Alvi excretio ut in statu sano; pulsus debiles. Partes gangrænosæ in ulcere separari visæ; suppuratione pus blandum adparuit. Continuetur in omnibus.

Die 30ma. Eadem conditio; æger maximam partem diei lecto relicto transegit. Continuetur in omnibus.

Die 1ma Decembris. Aeger bene se habuit, nec nisi dolore ad os sacrum vexatus, eoque impeditus est, quo minus satis placide procumberet. Ulceris læta facies; sed sub Glutæo maximo sinus efformatus, cujus directioni compressio valida opposita.

Die 2da - 6ta. His continuatis vires ægri in dies rediere; vultus alacris; genarum rubedo; cunctæ functiones integræ. Sinus tandem ulceris claudi, ipsumque imminui coepit, ita, ut ob hoc solum in Nosocomio aliquantisper adhuc moratus demum omnino sanus die 20ma Januarii 1800 excesserit.

Christin.

Cystitis ex neglecta gonorrhoea.

N. *N.* juvenis sat robustus 24 annos natus, nec ulla adversæ sortis iniquitate, nec labe sanitatis, præter morbos infantiles, unquam antehac vexatus, jamjam præ doloribus, uti compellant, arthriticis, genu inprimis et sinistri pedis articulos

obſidentibus, queis adjunctus etiam inſignis earundem partium tumor fuit, deambulandi impos die 22da Octobris lectica ipſis clinici horis in Noſocomium delatus eſt, ſtatimque receptus. Inſtituto igitur examine ſequentia nobis licuit adnotare.

Quum adhuc reliqua bene ſucceſſiſſent, nequid ſuæ felicitati deeſſe videretur, ex aliquo tempore et mulierculis corpora vulgantibus fere totum ſeſe dedidit, utpote matrimonio impar contrahendo vagæ Veneris amator. Spatio autem vix exiguo interpoſito turpiter prima vice notatus ex palæſtra rediit amatoria. Nam Junio menſe h. a. die altera poſt, quam cum ejusmodi ſcorto coierat, ſenſum titillationis percepit primo jucundiſſimum in glande penis, ad urethram quoque pertinentem, in orificio ſuo rubore quodam ſolito intenſiori conſpicuam. Hæc ſymptomata, — ægro penem manibus perfricante ac palpante, ut ſalacitatem fere moleſtam erectionesque ſopiret involuntarias, — adaucta; tenſivus tandem, perque totam urethræ longitudinem urens dolor exortus, in glande penis acerbiſſimus, cum propenſione ad mingendum continua. Quamquam urina aut nulla, aut, niſu ſummo, pauca prodiit, ardore in urethra, præcipue orificium verſus remanente. Rebus ita conſtitutis, quum æger, quantum poſſet ad ſuſpicionem hominum evitandam, quemvis fere corporis motum omiſiſſet, potumque theiformem ex altheæ radicibus et aliis herbis, quas minus novit, uſurpaſſet, ſymptomata decrevere modo memorata; inſecutus vero materiei mucoſae effluxus, initio albæ, dein ex flavo virideſcentis ac induſia conſpurcantis. Verum pudore ſeductus medicam

opem neglexit, futurus ipſe mali ancipitis medicus, commilitonum conſilio utens, magis forſan exercitatorum. Calida igitur amoenaque tempeſtate ad Moenum properans totum undis corpus immerſit. Quo iteratis vicibus facto effluvium ſponte ſua evanuit, nec calamitas aliqua exinde promanavit. Ergo, ut ſibi perſuaſit, priſtino liberatus malo brevi conſuetudinem cum ſcorto iterum iniit, iterumque modo, ac deſcripſimus, prorſus eodem deluſus eſt, excepto, quod omnia jam evaderent vehementiora. Præterlapſo interim tempore ante calido ac ſumme faventi, balneorum, quæ mali medelam ſuperioris adtuliſſe credebat, uſu denegato, qui auxilium ferret, medicum conſuluit. Hic rem aggreſſus remediis nimium irritantibus, injecta ſcilicet urethræ aqua calcis vivæ ac lapidis cauſtici ſolutione, profluvium ſiſtere, morbum autem ipſum non valuit ſubigere; immo etiam reddidit atrociorem. Aeger enim continuo graviſſimum urinæ ardorem per integram urethram propemodum urentem cum niſu mingendi non intermiſſo, et dolorem ad ſymphyſin oſſium pubis ſenſit, regionem quoque inguinalem verſus ſe extendentem, licet adhucdum leviorem. Huc præterea acceſſit, ut æger eodem tempore fortiter equitando per plures horas motus corporis hac rerum conditione juſto ſane majores experiretur, atque, eventu comprobante, nocivos. Etenim aeri frigido tam hac equitatione, quam exigente officii ratione, expoſitus quum fuiſſet, mox dolores arthritici, quos quidem jam antea, ſed leviores, ſeſe paſſum adfirmavit, eum attigere gradum, ut pedi ſiniſtro inſiſtendi, huncque movendi facultatem adimerent. Orta febris adpetitum proſtravit. Adfuere capitis dolor, ſitis

multa et magna, somnus vel omnino nullus, vel, siquis esset, paucus ac inquietus.

Hoc rerum statu ægrum ad nos deportatum primum vidimus. Qui extemplo se gonorrhoea adfectum fuisse, amplius non fluente, confessus, præter recensita symptomata, ostendit magnam virium debilitatem, artuum lassitudinem, urinam cum ardore intolerabili prodeuntem, missa quoque urina aliquamdiu perdurante; nimirum de quo supra jam mentionem fecimus. Pulsus celeres, frequentes, molles.

Morbum igitur ex gonorrhoea neglecta judicantes præscripsimus:

℞. Pulv. gi. arabic. unc. dimidiam.
Solve in
Aq. fervent. unc. octo.
adde
Tinct. thebaic. scrup. unum.
Syrup. cerasor. nigr. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni bihorio cochlearia duo.

Potus ex Decocto ordinario; Diæta dimidia; regimen modice calidum.

Pedem sinistrum linteo viridi cerato involvendum curavimus.

Vespere. Omnium exacerbatio symptomatum. Dolores articulorum pedis sinistri acriores; calor insignis et cephalalgia. Pulsus celeres, pleni, frequentes. Cetera eadem. Dosis medicamenti imminuta eo modo, ut intra duas horas unum cochlear adsumeret.

Die 23tia. De nocte somnus nullus; symptomata eadem vi persistentia; — urina multum sedimenti albescentis flocculis interspersi ac nobis puriformis visi, continuit: quare clar,

Grassmeyer experimentum, ad urinam explorandam instituere decrevimus. Præterea ægro dolorem lancinantem profundum in hypogastrica regione tactu auctum adcusante, conatu mingendi fere perpetuo, ast inani frepuenter, quum pulsus essent subduri et frequentes et pleni, ardor urinæ porro augeri potius, quam minui videretur, cystitidem adeo subesse concludentes venæsectionem ad sanguinis uncias sex peregimus, ac insuper ordinavimus:

℞. Pulv. gi. arabic. unc. dimidiam.
Solve in
Aq. fervent. unc. octo.
adde
Syrup. Diacodii. unc. unam.
M. D.
S. Quavis hora capiat cochlear unum.

Diæta tenuis. Cetera eadem. Pro potu fuit sequens:

℞. rad. Altheæ,
— Liquirit.
— Graminis. aa. unc. unam.
M. D.

Vespere. Symptomata mitiora. Dolores non tám magni, quam mane fuerunt; in regione hypogastrica magis obtusi; articulorum autem iidem; ardor inter mingendum perdurans. Sanguis e vena missus multum seri continuit, de cetero crusta sic dicta phlogistica tectus. Urina jam examinata pus innuit. Pulsus celeres quidem et frequentes, sed molles. Cetera eadem: continuet in omnibus.

Die 24ta. Nox tranquillior; somnus aliquis; æger paulisper adpetiit cibos; alvus rite mota: dolores vero in regione hypogastrica paululum

increfcere ægro vifi; tumor genu finiftri et ad malleoli articulationem magis elevatur vehementiori fub adtactu dolore. Pulfuum eadem, ac vefpere fuperiori, ratio. Cetera eadem. Continuet in ufu medicaminum jam præfcriptorum, quibus addantur fequentia:

℞. Flor. Chamomill.
— Sambuc.
Hb. hyofciam.
— Cicutæ
Sem. lin. contufos. aa. Manip. unum.
M. D.

S. Species pro fomentatione aqua coquendæ et linteis tepidæ regioni hypogaft. adplicandæ.

℞. Liniment. volatil. camphorat. unc. duas.
D.

S. pro frictione pedis. Diæta eadem.

Vefpere. Pulfus molles, minus frequentes. Dolor ad fymphyfin offium pubis preffione facta magis obtufus; ardor urinæ paulo majori vehementia conftans. Exploratione per anum inftituta tumor animadverfus, regionem colli veficæ occupans, durus, forfan proftata indurata. Reliqua eadem. Continuetur in ceteris.

Die 25ta. Somnus de nocte aliquis. Dolores articulorum nulli; capitis tamen exigui. Sedimentum urina contentum, plus parte dimidia auctum, ejusdem adhucdum naturæ, ac fupra indicavimus. Pulfus frequentes, nec, ut antehac, molles. Cetera bona. Hefterna medicamina.

Aegro præterea potum ob faporem ingratum, ut ait, afpernanti, fyrupum emulfivum et in pofterum conceffimus potui mifcendum.

Vefpere. Aliqua Symptomatum exacerbatio. Ardor inprimis urinæ, cum dolrris in regione hy-

pogastrica validius digitis compressa aucti sensu molestissimo. Pulsus frequentiores, subduri. Calor totius corqoris intensior. Cetera eadem.

Die 26ta. Eodem Symptomatum tenore noctem transegit insomnem. Mane dolorem vesicæ perdurantem, paulo etiam, quam superiori vespere, vehementiorem questo ægro hirudines circa virile membrum quatuor ponendas curavimus, continuato reliquorum medicaminum usu.

Hæc quum ad 30mam usque diem Octobris adhibita methodus fuisset, eadem vi symptomatum perdurante, pulsus adeo frequentiores, magisque subduri, et dolor et urinæ ardor increscere viderentur, quasi nondum sublata penitus inflammatione, adparatum sic dictum debilitantem, sive methodum antiphlogisticam continuantes ordinavimus:

℞. Arcan. duplicat. unc. dimidiam.
Solve in
Aq. fontan. unc. octo.
adde
Syrup. rub. idæi. unc. unam.
M. D.
S. Capiat quavis hora cochlear magnum.

Diæta: potus, fomentationes ex herbis supra præscriptis eadem.

Vespere. Eadem rerum facies, ac vespere diei 25tæ. Nox tamen insecuta somnum adtulit, non eum quidem ex integro quietum, per aliquas vero horas continuum. Cetera eadem.

Die 1ma Novembris. Aeger alvo aliquoties deposita per noctem superiorem se sibi meliorem videri adseruit, calor remisit; pulsus non tam frequentes amplius, verum subduri, magis tamen ad mollitiem vergentes. Urinæ ardor imminutus;

dolor in regione hypogaſtrica ad minus ſpatium ſe extendit; ſedimenti vero plus, quam adhuc, urina continuit. Reliqua eadem. Heſterna medicamina:

Veſpere. Pulſus frequentes, parvi, debiles. Aeger miſſa urina materiem mucòſam prodire viſcidam, albicantem ſe animadvertiſſe, dixit. Cetera eadem.

Die 2da. Omnia eadem. De nocte ſomnus modicus. Ordinavimus omiſſa mixtura:

℞. Calomel. optim. gran. unum.
Opii pur. gran. quadrant.
Sacchar. alb. ſcrp. dimidium.
M.
F. Pulv. dent. tal. doſes duodecim.
S. Mane quovis et Veſperi capiat doſin unam.

Diæta, quum æger adpeteret, portio quadrans, cetera eadem.

Horum uſu medicaminum ad 11mam uſque Novembris diem continuato dolorem veſicæ modo minui, modo augeri cum continuo urinæ ardore majori, minorive pro ratione doloris, et magnam ſedimenti in urina copiam obſervavimus, ita, ut 10ma experimentum *Graſsmeyeri* denuo inſtitutum denuo etiam pus indicaret. Ex 9na vero febris omnino ceſſavit, ceteris remanentibus, imminutis tamen ſymptomatibus. Noctes plerumque tranquillæ. Pulſus debiles, parvi.

Die 11ma. Cuncta eadem, ac modo commemoravimus. Sepoſito pulvere ex Calomel. et opio ordinatum eſt:

℞. Pulv. cort. peruv. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. fontan. unc. duodecim
ad remanent. unc. ſex.
Cola. Colatur. adde

Tinct. thebaic. ſcrp. unum.
Syrup. emulſiv. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochlear unum.
Diæta et reliqua eadem.

Die 12ma et 13tia eadem. Ardor inter mingendum et ſedimenti copia præcipue adaucta. Exhibuimus:

℞. cort. peruvian. unc. unam.
infunde
Aq. calcis frigid. unc. octo.
Stent in digeſtion. frigida per 24 horas ſæpius agitando.
Cola. Colatur. D.
S. Capiat quovis bihorio cochlear magnum.
Diæta eadem.

Quod medicamen per totum, quod reliquum erat, Novembris tempus adſumſit, eo cum fructu, ut ardor paulatim et dolor veſicæ initio Decembris nequaquam adeſſet amplius, ſed ſolummodo effluxus materiei mucoſæ copioſus ex urethra, flavæ, induſia conſpurcantis intraret, ſed absque ullo dolore: inter hæc ſedimenti copia inſigniter in dies ſingulos decrevit. Tumor ad genu ſiniſtri ac pedis articulos reſtans quum linimento volatili camphorato non ceſſiſſet, oleum terebinthinæ frictione adplicavimus et ſpiritum vini camphoratum. Faſcia inſuper ut pes circumligaretur, fuimus ſolliciti. Atque ita demum omnia ad ſanitatem vergere vidimus. Profluvium ex urethra ſenſim etiam, ſenſimque parciori quantitate provenit. Quare aeger jam 12ma Decembris, ut dimitteretur, ipſe petiit, ſcilicet ſe ſanum credens, proſuadentibus autem nobis, ut per aliquos adhuc dies remaneret, ceſſit. Quo facto conſtantiam valetu-

dinis et omnium functionum integritatem adesse cernentes, effluvio illo imminuto et fere nullo amplius, sequens in usum vocavimus:

℞. Aq. fontan. unc. sex.
Solve
Extract. Saturn. Goulardi gutt. quindecim.
Opii pur. gran. octo.
M. D.

S. injiciatur ter de die urethræ.

Hoc ægro commendantes, ut usurparet, satisfecimus exire cupienti die 21ma Decembris.

Epicrisis.

Multa ex gonorrhoea, vel mala arte tractata, vel penitus neglecta non incommoda solum, sed adeo pericula nasci, cum recentiorum tum antiquorum rei medicae auctorum testimonia edocent et observationes confirmant. Sic „ a gonorrhoea" inquit clar. van *Swieten* *) „subito per injectio„nem adstringentem suppressa, oriebatur in scro„to tumor, durus, scirrhosus:" et illust. *Stoerkii* **) haec verba sunt, injectiones adstringentes damnantis: „vidi a gonorrhoea, hac ratione sup„pressa, exulceratum esse umbilicum, et eandem „ibi prodiisse materiam, quae antea per ureth„ram exstillavit." Nec raro erysipelaceæ totius penis inflammationes, vigente in primis jam alias constitutione rheumatica catarrhali, ac majore

*) Commentaria in Hermanni Boerhaave Aphorismos de cognoscendis et curandis morbis. Tom. V. pag. 500.

**) Antonii Stoerk annus medicus secundus. pag. 221.

morbi vehementia partium genitalium phlegmone ad perinæum uſque pertingens, urethrae exulcerationes et plura etiam alia obſervata leguntur *).

Quam nos obſervavimus, cujusque hiſtoriam praefiximus, cyſtitidem ex eodem fonte profectam eſſe, quivis attentus naturae ſcrutator medicus facile conceſſerit. Neque enim potuit non fieri, ut injectionibus adſtringentibus urethra juſto magis irritaretur, ac ita, quum gonorrhoea jamjam inflammationem, forſan in principio levem procreaſſet, nova hac irritatione gravior adſurgeret. Ergo majori ſtheniae partialis vigore ſecretionem materiae mucoſae antea effluentis ſupprimi neceſſum fuit. Hanc quidem ſuppreſſae gonorrhoeae originem merito ſtatui, ex Analogia inferimus. Sic coryza, quatenus non eſt, niſi membranae Schneiderianae, vel pituitariae inflammatio, durante mucus nullus, aut vix ullus ſecernitur, idemque evenit Catarrho ſic dicto inflammatorio ac peripneumonia vera in ſummo faſtigio conſtitutis. Num vero hinc cyſtitis explicari poteſt? Ex injectis adſtringentibus ſolis ortum duxit; an quoque contribuit equitatio?

Ac primo quidem poſito, vix ac ne vix quidem ponendo, nullum ab aegro vitium, nihilque liquidi in urethram admitti, numquid tandem inflammatio veſicae locum minus eſt habitura? Vix credo.

Quum enim urethra tanquum membranae proceſſus, veſicam urinariam conſtituentis poſſit ſpectari, debeatque; injectis rodentibus, v. g. aquae calcis vivae, lapidis cauſtici etc. ſolutione, urethra, quamquam ſola primum, inflammata cyſtidem

*) C. F. Cloſſius über die Luſtſeuche pag. 70.

quoque urinariam adſociatione, ut cum celeb. *Darwin* loquar, vel conſenſu inter partes eodem modo organiſatas profecto mirabili, mox in mali conſortium abripi poſſe, abſonum minime videbitur.

Tum monere opus haud fuerit, me perſuaſum mihi habere, cyſtitidem equitando acerbiorem evaſiſſe, jam antea inductam perverſa medendi methodo: quemadmodum denique hac equitatione dolores arthritici graviores adparuere, quum inprimis humidus aer, coelumque pluvioſum eſſet. Quos dolores, quoniam a plurimis ſcriptoribus a gonorrhoea ſuppreſſa video derivatos, non lubet praetermittere ſilentio.

Equidem non repugnabo iis, quas alii conſignaverunt, obſervationibus arthritidis poſt gonorrhoeam ſuppreſſam exortae; jure tamen interrogo: an conſequentia: *poſt hoc, ergo propter hoc*, qua ſtipantur, vera poſſit unquam obtinere? Arthritis hujusce modi prius tolli neceſſario non poſſet, quam ea, unde pendet, cauſa ſublata, c. e. reſtituta gonorrhoea. Etenim effectus cauſa durante durat, ceſſante ceſſat. Atqui nexus hic cauſalis dolores inter arthriticos et gonorrhoeam in aegro noſtro haud eſt repertus. Quid ergo inferamus? In cauſa eſſe arthritidis gonorrhoeae ſuppreſſionem? Neutiquam!

Hiſce perſolutis ſupereſt, ut methodi a nobis adhibitae paucis reddamus rationem. Aegri ad nos delati conditione disquiſita, quum vires dejectas, pulſus debiles, frequentes, parvos inveniſſemus ceteraque, uti hiſtoria refert, opium quod in caſibus plane iisdem, ſaltim maxime ſimilibus et noſtra et aliorum obſervatio ſalutare oſtendit, eo conſilio propinavimus, ut incitationem ſolito minorem ad gradum eveheremus ſanitati

propinquiorem. Quo facto et gonorrhoeam fortasse benigniorem restitutum iri et dolores arthriticos sua sponte remissuros regimine modice calido et quiete, judicavimus. Vesperi vero primae diei subsecutaque aurora reperimus symptomata cystitidis luculenta, nec facile a quopiam praetervidenda. Quare morbo sthenico nimis irritante methodo procreato et ceteris rebus, quas recensuimus, adaucto rationem medendi opposuimus antisthenicam optimo cum effectu. Demum inflammatione methodo debilitante subacta, Calomel opio junctum porreximus, quod ab aliis in viscerum inflammationibus laudatum commendatumque non ignoravimus. Nos vero subacta inflammatione sthenica, aut in asthenica commendamus. Aeger bene satis se habuit.

Interea sedimentum in urina dum imminui non observaremus, experimento *Grassmeyeriano* altera vice pus indicante, vitium adesse topicum, vesicæ scilicet ulcus suspicati tam propter hoc, quam et hanc ob causam, ut ægri debilitas refocillaretur, infusum corticis peruviani aqua calcis digestione frigida paratum concessimus. Nec solum nos experimentum de urina captum in ulceris vesicæ suspicionem adduxit, sed multo magis sensus doloris obtusi constanter ab ægro adcusati. Experimentum enim interdum fallax adnuente summo viro *Reil* *) mucum secretum quidem indigitare credo a statu sanitatis recedentem, ast non continuo purulentum, ita, ut aliis quoque signis opus sit ad determinandam puris præsentiam.

---

*) Ueber die Kenntniss und Cur der Fieber. Tom. II pag. 261.

Quæ quum ita ſint conſtituta, ex collectis per decurſum dictis facile ſequentia patere exiſtimo: quasvis injectiones, utpote nimis irritantes ſtadio inflammationis a gonorrhoeae initio rejiciendas: contra vero ſummam quietem, potus ſic dictos demulcentes, mucilaginoſos, v. g. ex Altheae decocto, Diætamque tenuem eſſe imperanda: denique, ubi evanuerit inflammatio, injectiones tentandas, ita tamen, ut ne nimis ſtimulent. Atque ſic, adjuncta v. c. opii exigua doſi, vel, viribus fractis, cortice peruviano et nutrientibus exhibitis, facilem in plurimis caſibus medelam fore, confido.

Thomas A. Ruland.

DECEMBER.

Varia fuit hoc menſe tempeſtas. 1mam nebuloſam pluvioſamque excepit calida, coelum nubibus tectum habens, item nebuloſa, cui ſimilis 3tia, præterquam, quod ventoſa fuerit. A 4ta ad 9nam pluviæ: 8va tamen excepta, quæ nives, ventos, frigusque præterea induxit, et 6ta amoena, calida. 10ma mane glaciem, per reliquum tempus ventos et frigus tulit, 11ma mane nives, mox defluentes. 12ma pluvioſa; 13tia calida, ſerena; 14ta nebuloſa, nubeculoſa, frigida. Eadem 15ta cum 16ta per noctem nebulas ferente. 17ma mane pluvioſa, de cetero nubeculoſa; 18va vero mane glaciem habuit, poſthæc frigida, nubeculoſa. Eadem 19na mane, a prandio ſerena, amoena, et ſic porro 20ma cum 21na. Ex 22da ad 27nam, uſque nebuloſa, nubeculoſa, frigida. 28va frigida, ſerena; 29na et 30ma frigida, nebuloſa, nubibus obductum coelum.

Circa rheumatismum, febres rheumaticas ac anginas catarrhales per hunc menſem morbos frequentiſſimos nil notatu dignum inveni, quod memorem. Hoſce dijudicavi omnes juxta jam datam alio loco normam, ſtabilita tractandi methodo uſus, qua breve intra temporis ſpatium ægri evaſere. Inter eosdem morbos in urbe noſtra reg-

nantes obſervavi et frequentiores, quam priori menſe, variolas infantes plerumque obſidentes, bonæ indolis, ſuetoque modo decurrentes. Paſſim etiam contigit occaſio tam priore, quam hoc menſe febres nervoſas, ſeu typhos in noſocomio obſervandi. Cunctos fere, etſi graviter decubuerint, aegros morti eripuimus; qui diem obiere ſupremum, vel juſto tardius ad nos confugere, vel methodo debilitante antea jam fuere tractati. Generatim vero, quod ſemper in praxi confirmatum vidi, ægrius, vel nunquam ii effugere, quibus vel purgans draſticum porrectum, vel venæſectio fuerit adminiſtrata. Hiſce ſub conditionibus ars ſemper fallit, licet omnem excitantium medicaminum tam internorum, quam externorum ſeriem juſto pondere, juſtaque ſagacitate impenderis. In hujus adſerti argumentum noſtra febris nervoſæ hiſtoria exemplum eſto. Interim dantur medici, venaeſectionem tali in febre cum inflammatione juncta non ſolum utilem, ſed et neceſſariam judicantes: aſt malo re vera conſilio. Etenim ratio et experientia alium, hujusce modi morbos curandi, tramitem jam dudum edocuit, alios, ac hos etiam edocere debuit. Febris nervoſa, ſeu typhus eſt, uti nemo negat, morbus ex debilitate proveniens, *aſthenicus*. Minimum itaque incitationem imminuens auget ejus vigorem. Verum inter omnes humores ſanguis jure judicatur ſtimulus incitabilitatis validiſſimus; hoc itaque, etſi parva quantitate, detracto nihil remanet, quod pari poteſtate fibras incitabiles ad juſtam incitationem erigat; hinc illud, detracta ſanguinis etſi parva quantitate, irreparabile damnum.

Symptomata; calor, rubor faciei, dolor capitis, reſpiratio difficilis, pulſus pleni, fortes,

delirium etc. uti ſatis jam dictum eſt, non indicant ſtatum ſthenicum, ſed auctam ſæpe ſæpius incitabilitatem, quod foeminæ hyſtericæ quotidie ſufficienter commonſtrant. Vidi plures febre hac adfectos, ſtheniam ſimulante; ſed opportunitas ac prægreſſarum nexus potentiarum nervoſum morbi ſtatum abunde edocuerunt. Fallunt ſymptomata, in quo et omnes medici conſentiunt, in febre nervoſa ſummam ſymptomatum eſſe inconſtantiam, adfirmantes. Hinc ex iis nullum judicium. Morbus itaque, quum ſit a debilitate ortus, omne, quod debilitet, reſpuit, illudque eo magis, quod graviter incitationem (uti ſanguis detractus) tollat. Aſt alii ajunt, febri nervoſæ in initio conjunctam eſſe ſtheniam, quae Venæſectionem expoſtulet. Verum quo modo intelliges auctam unaque imminutam incitationem? Idem certe ſimul eſſe et ſimul non eſſe nequit; nec ex ſymptomatibus eam (inflammationem) eruere licet, nobis nexu cauſarum aliter de re judicare coactis. Neque enim ſymptomata morbi naturam, ſed tantummodo diverſas organiſmi modificationes portendunt. Hinc, qui prius opinatur, mirum quantum fallitur. Interea ab experientia venæſectionis utilitatem demonſtrare conantur medici, dum multi febre inflammatoria ſic dicta nervoſa detenti, ſeu, quibus varia ceterum inflammationi communia ſymptomata accedunt, venæſectione ſanati fuerint; aſt jure quærendum erit, an ex tali obſervatione juſta methodus fluat? Multi profecto ægri perverſe curantur, et felici fato mortem evitant, de quo medicaſtri ſaepius gloriantur: hinc judicii atque concluſionis fallacia. Morbi idea atque natura medicus probe inſtructus huic curandi methodum adaptet; alias nulla erit ex-

perientia: praeterea, ut haec certa ſit, non ſolum huic principio debet eſſe adaequata, ſed et aliis conditionibus acceſſoriis non turbata. Hinc Venaeſectionis emolumentum minime probatur, quum ſtatim, vena inciſa, varia excitantia adhibeant; felix itaque ſanatio jure potius roborantibus, quam debilitantibus, ex idea morbi tribuitur Ex hiſce omnibus adlatis partim, partimque ex iis, quæ celeb. *Roeſchlaub*, *) *Frank* junior **) et ego ***) publici juris fecimus, ſatis eluceſcit, neque dari febrim inflammatorionervoſam, neque, ubi talis adeſſe *videatur*, venæſectionem adminiſtrandam. Sed alii, dantur, inquiunt, caſus, ubi dubii hæremus, inflammatorius an vero ſtatus ſit nervoſus. Nexus cauſarum neque detegitur, neque detegi poteſt, atque praeſentia ſymptomata ſtheniam potius, quam aſtheniam innuunt: pulſus duri, reſpiratio difficilis, anxia, tuſſis ſicca, delirium ferox, calor mordax, ſitis urens, e. ſ. p. Nonne hac ſub conditione venam ſecare et parvam ſanguinis quantitatem emittere licet, quam dicunt venæſectionem exploratoriam (Probe-Aderlaſs.) Etenim ex ſubſequenti levamine, majorive ſymptomatum et morbi gravitate hujus natura eruetur, ac, ſi mala arte venæſectio admiſſa fuerit, quodnam detrimentum tantilla ſanguinis emiſſio progeneret? Aſt levamen forte ſubſecutum non omnino juſtam medicaminis adminiſtrationem commonſtrat, ſæpius tantummodo temporarium atque adparens; elapſis enim paucis diebus ſæpe majus ingruit peri-

*) Pathogenie Thl. II.

**) Roeſchlaubs Magazin der Heilkunde III. Band, II Stük.

***) ibidem. III. B. I. Stück.

culum majore ægri cum damno. Minime igitur ex temporaria ægri allevatione ad juſtam morbi curationem licet concludere. Demum ubi ipſa ſanguinis emiſſio tantilla eſt, ut neque noceat, neque proſit; itidem ex ipſa nullum prorſus judicium. Parva enim quantitas emiſſi ſanguinis in febribus inflammatoriis, quum majorem ſemper expoſcant, inflammationem tollere nequit, ideoque ſtatus idem continuo remanebit; minimaque in febribus nervoſis, quum quodlibet debilitans incitationem jam fractam magis imminuat, malo etſi effectu non ſtatim adparente, eam fere penitus exhaurit. Neque hic ad cruſtam inflammatoriam, ut alii volunt, provocare licet, qua in ſanguine reperta emiſſo male ad ſtatum inflammatorium concluſeris. Etenim ſaepius cruſta talis in morbis minime inflammatoriis praeſto eſt, eademque, ubi vera viget inflammatio, ſæpe non cernitur.

Mallem in caſu dubio excitantia, quam debilitantia adminiſtrare, et ſi nimia ſtimuli vi erraverim, certe tantum aegro non infligetur detrimenti, quantum ſub contraria conditione levibus etiam deprimentibus inferetur. Poſita enim ſthenia latente excitantibus magis magisque eluceſcet ita, ut oportuno tempore adhuc methodum debilitantem adplicare valeas.

Hac igitur ex ratione damnatur in omnibus fere morbis venæſectio exploratoria. Nihilo tamen ſecius convictus ſum, dari febres inflammatorias tam univerſales, quam topicas, v. g. peripneumonias, quæ ſublata per juſtam curandi methodum incitatione aucta, confeſtim ad ſtatum vergant nervoſum, oppoſitamque dein curandi methodum expoſtulent. Praecipue infelix hic tranſitus, uti ſæpe teſtis fui, obſervatur conſtitutione epide-

mica nervosa; qua tamen regnante ac durante non raro accidit, ut homines variis expositi potentiis excitantibus, praecipue si corpus tam dispositionem, quam oportunitatem in morbos sthenicos sibi adquisiverit, in febres ruant inflammatorias, quas sporadicas adpellare possumus. Sic vidi non raro, inter febres regnantes nervosas, peripneumonias. Sublata hac inflammatione quin ægri vires debilitantibus nimium fuerint fractae mox accessit status nervosus, ac aegri re vera de communi regnantis morbi charactere participantes graviter e febri nervosa postmodum laboravere. Hinc epidemicam constitutionem semper in tractandis ægris ex quocunque morbo laborantibus respiciat medicus, ne vel nimis debilitante methodo, vel nimis excitante majus inferat periculum. Ast hi status bini a se invicem diversi censeantur, nec ullo modo ad unum eundemque morbum referantur! Alius enim est status sthenicus ab asthenico, minimeque bini, quanquam inflammatio statum nervosum excipiat, nomine febris inflammatorionervosæ mulctari debent.

Eodem tempore occurrere tineæ capitis, quarum alteram felici cum successu pulvere tractavimus carbonum; unguento ægyptiaco alteram. Historiæ, quas Candidatus *Ruland* breviter descripsit, sunt sequentes, ac notare fas esto, unguento sanatam aegyptiaco post breve temporis spatium rediisse. Quare consultum magis duximus, eodem modo, nempe pulvere carbonum eam tractare, cujus eventum in posterum denuo indicare animus est. Historiæ autem sic habent: Petro *Münch*, Binsfeldensi 11 annos nato quum neque munditiem, neque victum convenientem parentes procurare indigi valerent, morbis in-

fantilibus ſuperatis, tandem variis, maxime exanthematici generis, adfectionibus conflictandum fuit. Annus praeterlapſus eſt et dimidius, ubi ſcabie a ſocio quodam contagione ſuſcepta adficiebatur, quam balnea per aeſtatem frequentia profligavere. Nec ita multo poſt dormiens aliquoties cum adoleſcentulo ex tinea capitis laborante, hac quoque contaminatum ſeſe vidit. Brevi pars cranii capillata, qua fonticulus major in recens natis cernitur, puſtulis ſenſim, ſenſimque provenientibus, ac latius dein ſerpentibus, ſanie teterrimi odoris profluente, conſpurcari coepit. Quae demum interjectas partes ad frontem et retro ad tuberculum uſque occipitale occupantes et ichore arrodentes turpiſſime foetenti, capillos implicando horridum præbuere adſpectum. Galea velut picea, alias in mali curam adhibita totum caput circumdatum crederes. Auxerunt malum aucti viciſſim pediculi fere innumeri. De cetero pallor faciei ac color cachecticus. His ita conſtitutis die 28va Novembris receptum pulvere carbonum ulceribus inſperſo tractavimus; eo cum eventu, ut poſt 3tiam diem foetor diſparuerit omnis, ac, raſis capillis, quum pediculi abigerentur, in dies ſingulos malum ad meliorem ſeſe receperit ſtatum. Quovis mane, carbonum pulverem prægreſſo veſperi inſperſum aqua ſaponacea curavimus abluendum. Atque hac ratione absque ullo medicamentorum uſu internorum perſanatus 6ta Januarii 1800 dimitti potuit. Eodem tempore et alius tinea capitis adfectus puer, Georgius *Krämer* Stamheimenſis 12 annorum in Noſocomio verſatus. Eadem mali conditio fuit, ac ſupra deſcripſimus, excepto, quod in 5tam jamjam annum tineam pertulerit, interea pice capiti

in galeae formam impoſita ſine fructu uſus. Hunc, experimenti gratia, reſciſſis capillis, caput aqua ſaponacea abluere juſſimus, ac unguentum, uti vocant, ægyptiacum, exhibuimus inungendum, ablutione omni mane repetita.

Unguenti prædicti compoſitio in Pharmacopæis ſequens habetur:

℞. Aerugin. unc. tres.
Mell. pur. unc. octo.
Acet. vin. acerrim. unc. quatuor.

Aerugo in pulverem teritur, aceto diluitur, mellique permixta lento igne ad unguenti conſiſtentiam reducitur.

Hoc remedio adhibito a die receptionis tinea decrevit quidem, ſed lentiori paſſu, quam pulvere carbonum. Nihilo tamen ſecius et hic ſanatus ita, ut nulla amplius veſtigia mali ſupereſſent, die 15ta Januarii dimiſſus eſt.

Febris nervoſa.

Bernardus Uhl, Hofheimenſis, Rhedarius 22 annorum, compage fibrarum firma præditus per plurimum vitae ſpatium intacta gaviſus valetudine, morbos infantum proprios et, ante biennium, febrim, ut ait, acutam felici cum eventu ſuperavit, quin vel minima ſanitatis remaneret labes. Victu a primis annis ac poſtremo hoc tempore uſus eſt ſatis bono, nutriente: proin opificio adnexos labores et animo peregit ſtrenuo et corpore agili. Tribus autem ante ſeptimanis, quum tempeſtate nebuloſa, frigidiori horisque matutinis ad Moenum ligno ex nave in terram deportando

occupatus incaluiſſet, ac opere perfecto domum tendens ſudore perfuſus refrigerium admiſiſſet, ex illo doloribus rheumaticis artus praecipue obſidentibus adfectus, neque minus horripilationes frequentes, ſæpius per diem recurrentes eſt perpeſſus. His brevi ſeſe Diarrhoea adjunxit debilitans, poſt aliquot dies ſponte iterum evaneſcens. Nihilo tamen ſecius æger nihil hæc incommoda curans conſuetam operam hero praeſtitit, uſque dum die 1ma Decembris frigore intenſiori, cum aeſtu per totum corpus urente ſubſecuto adfligeretur. Sitis vix explenda, cephalalgia, laſſitudo artuum et adgravatio magna ſupervenere; rediit Diarrhoea.

His ita ſeſe rebus habentibus, nulla malo urgenti oppoſuit medicamina; quin immo die 3tia in officinam ſe contulit, impar labori. Lectum ergo repetens 4ta etiam et 5ta morbum naturæ commiſit, impotenti harum calamitatum auxiliatrici. Reſpirationis enim difficultas et pectoris oppreſſio de nocte ita increvere, ut dolores quoque punctorii, inſpiratione aucti orirentur, atque præſentibus ſuffocationis imminere videretur periculum. Quare medicum opem laturum advocare conſultiſſimum duxerunt; aſt parum abfuit, quin mortem ferret. Nimirum, ubi dolores punctorii et reſpiratioris difficultas eſſent, ibi peripneumoniam latere ratus, venam ſecari juſſit. Aeger licet exinde levamen momentaneum percepiſſet, verum tamen non ita multo poſt omnia graviora ſymptomata expertus eſt. Igitur die 6ta Decembris in Noſocomium juliæum delatus, praeter ea, quæ adtulimus, ſequentia præbuit obſervanda. Oculi fuere turbidi, triſtes;

vox debilis, luctuosa; aurium susurrus, vertigo; summa virium dejectio, leipothymiæ, quando se conaretur erigere; sapor oris vappidus, amarus; cardiæ pressio; adpetitus dejectus. Pulsus parvi, frequentes, debiles.

Commiserando ægri statu, pessimi ominis eventum prædicentes ordinavimus.

℞. rad. Serpent. virgin. unc. dimidiam.
infunde
Aquae fervent. unc. septem.
Cola. Colatur. adde
Napht. Vitriol. drach. dimidiam.
Tinct. thebaic. scrp. unum.
Syrup. Diacod. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochl. magnum.
℞. Liniment. volatil. camphorat. unc. duas.
D.

S. Adplicetur frictione abdomini.
℞. Aq. fontan. libr. unam.
Alcohol. Vini. unc. duas.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam cum dimidia.
M. D.

S. pro potu alternis vicibus cum decocto ordinario adsumendo.

℞. rad. Valerian.
cortic. peruvian. aa. unc. dimidiam.
M. D.

S. Species pro clysmate, addendo tinct. thebaic. gutt. sedecim.

Diæta tenuis.

Vesperi. Calores per totum corpus insigniter aucti, cutis arida, lingua sicca, sitis ingens, ter de die alvus mota aquosa; vomuit materiem viridescentem, bili similem. Pulsus parvi, debiles, multoque frequentiores, quam mane fuerant.

Die 7ma. De nocte somnus nullus; sedes aquosæ bis depositæ, sitis et calor eodem tenore perrexere. Pulsus parvi, debiliores, frequentes. Cetera, uti medicamina, eadem.

Vesperi. Diarrhoea evanuit; de' cetero symptomatum, ut die superiori, exacerbatio. Sinapismus suris adplicetur.

Die 8va. Aeger soporosus omnino jacuit, ita, ut difficulter excitaretur. Majorem omnino lassitudinem conquestus est, ad pedes delapsus. Cetera eadem.

Vesperi. Sopor continuus. Per diem semel medicamina evomuit, summo cum labore ingesta. Calor mordacissimus. Pulsus exiles, parvi, frequentissimi. Continuetur in omnibus.

Die 9na. Idem rerum status, præterquam quod accesserint dolores vehementissimi abdominis velut meteorismo inflati. De nocte deliria blanda, brevia, mente sibi, ut plurimum constante. Ordinavimus:

℞. rad. Serpent. virgin. unc. dimidiam.
infunde
Aq. fervent. unc. septem.
Cola. Colatur. adde
Napht. Vitriol. drach. unam.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochl. magnum.

℞. Camphor.
Moschi optim. aa. gran. duo.
Sacchar. alb. scrup. unum.
M.

F. pulv. dentur tal. doses decem.
S. Quovis bihorio capiat dosin unam.

℞. Specier. cephalic. Manip. tres.
D.

S. Aqua coctis sub finem addatur mens. vini quadrans, et abdomini linteis adplicetur.

Loco potus supra scripti, nauseam creantis habeat vini mensuram dimidiam. Cetera eadem.

Vesperi. Exacerbatio, ut superioribus diebus. Sanguinis ex naribus stillicidium. Debilitas maxima; subsultus tendinum; Pulsus exilissimi.

Die 10ma - 11ma. Omnia eadem. Medicamina superiora. Pulveres ex Camphora dosi granulo uno aucta porrecti.

Vespere diei 11mæ omnia eum ad gradum crevere Symptomata, ut confestim extingui æger videretur. Extremitates gelu ad instar frigidae, pulsus in carpo manus non amplius percepti; labia tremula, ac si æger loqui vellet, tota facies quasi hippocratica. Nihil æger conquestus, sitim se habere negavit, (mens enim fere usque ad finem sibi constitit) oblatum medicamen absque negotio accepit, licet ante pertinaciter repugnavisset, siquem accedere medicamina offerentem videret, ita, ut vino remixta dolo tantum ingeri possent. Jam vero propinata cum sono delapsa sunt in ventriculum.

Die 12ma. Aeger valde recreatum se sensit. Calor rediit, pulsus frequentes, paulo magis elati. Vox constans. De doloribus conquestus est ad os sacrum diris; jusculi vino parati aliqua cochlearia adsumsit; sitim gravem adcusavit. Cetera eadem. Ordinavimus seposita mixtura superiori:

℞. Aq. fontan. unc. quatuor.
Solve
Extract. cort. peruvian. drach. unam.
adde
Napht. Vitriol. drach. unam.
Aq. Cinamom. unc. duas.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.
S. Capiat omni hora cochl. unum.
Pulveres et cetera continuentur.

Praeterea quum ossis sacri integumenta jacendo attrita essent partimque sphacelata, praescripsimus:

℞. cort. peruvian. unc. dimidiam.
Coq. c. Aq. fontan. unc. octo.
Cola. Colatur. adde
Spirit. vini camphorat. unc. unam.
M. D.
S. pro epithemate.

Vesperi. Sopor non intermissus. Calor vehemens. Medicamina difficulter ingesta; conscientia persistens: dolores in abdomine acres; subsultus tendinum; sitis magna: lingua porrecta tremuit tota quanta nigricans, fissa. Pulsus parvi, frequentes, debilissimi. Sudor in fronte et thorace. Pergat in omnibus.

Die 13tia. Eadem continuant Symptomata. Aeger ſopore excuſſus adaequate reſpondit; Medicamentis ſuperioribus addita ſequentia:

℞. Camphor. ſcrup. unum
Solv. in
Spirit. Vin. rectif. unc. duabus.
adde
Syrup. cort. Aurant. unc. unam et dimidiam.
M. D.

S. Alternatim cum mixtura Superiori ex Extract. cortic. peruv. capiat omni hora cochl. unum.

℞. Spirit. Vin. camphorat. unc. quatuar.
D.

S. Hoc lavetur corpus.

Pulveres et epithemata continuentur. Cetera eadem.

Die 14ta. Eadem omnia. Mixturam ex cortic. peruvian. extracto ab ægro recuſatam ita mutavimus:

℞. Aq. cinamom. cum vino unc. quatuor.
Solve
Extract. cort. peruvian. drachmas duas.
adde
Naphtae Vitriol. drach unam cum dimidia.
Syrup. cort. Aurant. unc. unam.
M. D.

S. Capiat modo ſupra indicato. Lavationes Spiritu vini camphorato continuentur, uti et reliqua.

Die 15ta et 16ta. Paſſim eadem rerum conditio. Medicamina interdum vomitu rejecit. Cetera eadem.

Vespere. 16ta quum per diem melius sese habuisse circumstantibus videretur, pulsibus nimirum elatioribus, nec tam frequentibus, respiratione, uti semper, libera, sensibusque externis ad speciem acutioribus; subito in statum relapsus est prorsus similem illi, quem die 11ma descripsimus. Hisce per integram noctem durantibus accessere tandem deliria, per diei 17mæ maximam partem continua; cujus demum hora 4ta pomeridiana convulsus velut interiit, postquam hora 12ma stillicidium denuo sanguinis ex naribus perpessus fuerat.

Sectio Cadaveris

Facta pulmonem dextrum sanguine turgidum, cetera vero sana, insuper autem intestina tenuia ex livido rubra ostendit.

Th. A. Ruland.

Febris nervosa.

Andreas Moser, mercenarius 56 annorum, corpore satis sano præditus nulli unquam morbo, nisi ante 25 annos acuto, ut ait, succubuit. Duobus abhinc annis causæ inscius prægressæ sub mingendo sensum quasi urentem animadvertere coepit, urina radiatim per arcum prosiliente, neque tamen hoc malum, etiamdum superstes sequelas ipsi molestas peperit. Laboribus in horto nostrate botanico, sub temperie aeris humida ac frigida fungens 8va Decembris repentina correptus est horripilatione, cephalalgia, vagisque per artus doloribus, quibus virium atque adpetitus prostratio, aurium tinnitus, vertigo, animique morositas accessere. Aeger auxilium implorans Vespere diei 11mae receptus

praeter jam dicta dolorem incusavit jam intensiorem juxta medullæ spinalis tractum decurrentem, propagatumque per nervum ischiadicum; sitis fuit magna, multaque tussis, respiratio difficilis. Abdomen intumescens, subdurum; alvi tamen excretio. Pulsus frequentes, debiles. Ordinabatur:

℞. rad. Valerian. sylv. unc. dimidiam.
infunde Aq. ferv. unc. septem.
Cola. Colatur. adde
Liq. anod. min. Hofm. scrp. duos.
Syrup. Menth. unc. unam.

M. D.

S. Capiat omni bihorio cochlear unum.

Diaeta tenuis, pro potu decoctum ordinarium, vinique mensura quadrans aqua diluendi; regimen modice calidum.

Die 12ma. Dolores lancinantes circa acetabuli sinistri externam regionem lateralem magis fixi majori cum vehementia noctem versus ingruere. Cetera eadem. Ordinabatur:

℞. Liniment. volat. camph. unc. tres.

D.

S. Ad inunguendum locum adfectum.

℞. Camphor. gran. duo.
Sacchar. alb. grana decem.

M. F.

Pulv. dent. tal. doses duodecim.

S. Capiat omni trihorio dosin unam. Mixtura repetatur.

Die 13tia - 15ta. Eadem, ad acetabulum, per paroxysmos ingruens mitior fuit. Cephalalgia intensior. Præscribebatur:

℞. rad. Valerian. unc. dimidiam.
infunde Aq. fervent. unc. septem.
Cola, in Colatur. solve
Extract. cort. peruvian. drach. duas.
adde
Liq. anod. min. Hofm. scrp. duos.
Syrup. Menth. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear unum.
℞. Specier. cephalic. Manip. duos.
D.

S. Pro fomentatione.

Cetera eadem.

Pro Diæta susculam carnis cum ovo ac pro potu dimidia mensura vini aqua diluenda.

Die 16ta. Nox admodum inquieta ob dolores violentissimos scroti, brevi dein temporis intervallo intumescentis, plicisque adeo ejus tumore oedematoso deletis. Penis quoque tumore aquoso valdopere increvit; cetera eadem. Ordinabatur:

℞. Aq. flor. Sambuc. unc. septem.
Vin. antimon. Huxh. drach. duas.
Spirit. Minderer.
Mell. optim. aa. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear magnum.

℞. Pulv. rad. Squill. marit. gran. unum,
Sacchar. alb. gran. decem.
M. F.

Pulv. dentur. tales doſes duodecim.
S. Capiat omni trihorio doſin unam. Diæta eadem.

Die 17ma. Symptomata hucusque mitem in modum febris nervoſæ lentae incedentia nunc exacerbata obſervabantur; ſumma virium dejectio, ſomnolentia, vertigo, deliria, reſpiratio *difficilis*, anxia. Pulſus debiles, parvi, inæquales. Tumor ſcroti adauctus; ſphacelus ad ſuperiorem penis ſuperficiem; dolorum in hac parte abſentia. Ordinatio.

℞. Aq. Meliſſ. unc. ſex.
Extract. cort. peruvian. drach. unam.
Napht. Vitriol. drach. duas.
Syrup. Menth. unc. unam.
M. D.

S. Capiat omni hora cochlear magnum.
℞. Pulv. camphor. gran. tria.
Sacchar. alb. gran. quindecim.
M. F.

Pulv. dent. tal. doſes duodecim.
S. Capiat omni trihorio doſin unam.
℞. Pulv. calam. aromat. unc. unam.
D.

S. Parti gangrænoſæ ſcarificatæ inſpergatur.
℞. Decoct. cort. peruvian. libr, unam.
Spirit. Vin. camphorat. unc. tres.
M. D.

S. Ad fomentationem penis gangrænoſi.
℞. Laud. liq. Sydenh. drachm. unam.
D.

S. Capiat noctem verſus guttas quindecim.
Diæta eadem.

Die 18va. Aeger parum dormiens leniter deliravit. Vertigo, aurium tinnitus continui, pulſus debiles, parvi, frequentes. Penis ac ſcrotum gangrænoſa atque exulcerata foetorem teterpimum ſpargunt; cetera eadem, uti medicamina.

Die 19na. Oedematoſus ſcroti tumor diſſipatus; partes penis ſcarificatæ ſphaceloſæ antea dolore omnino carentes dolere incipiunt. Pulſus neque debiles amplius, neque parvi. Vertigo, auriumque ſuſurrus, atque ſymptomata, quæ deſcripſimus, intenſitate decreverunt. Continuetur in omnibus.

Die 20ma. Aeger aliquibus horis cum quadam virium refectione dormivit. Symptomata mitiora. Ulcus pure laudabili conſpicuum; partes ſphacelatæ ſecedunt, papillæ carneæ ad ulceris margines ſubcrevere; foetor diſparuit. Loco decocti chinæ pro fomentatione ordinati præſcribebatur:


℞. Ung. de Styrace unc. unam.
Camphor. drachm. unam.
M. D.


S: Ad ulcera penis deligenda. Mixtura et pulveres ex Camphora, uti Diæta continuentur.

Die 21ma. Aeger per noctem fere dimidiam placide magno cum levamine dormivit. Adpetitus ciborum redux. Pulſus fortiores; reliqua phaenomena ita mitigata, ut ægrum verſari in ſtatu fere ſano cenſeres; nihil enim morboſi in functionibus obſervatur. Medicamenta eadem. Pro Diæta ſit portio dimidia, ac menſura vini.

Die 22da. 23tia, 24ta. Eadem omnia. Rebus igitur ſic ſe habentibus cum ſanitatis rediturae quaevis adeſſent indicia, evanidis etiam brevi ſymptomatibus, atque functionum tenore ex aequo procedente, Chinae et Camphorae uſu mox intermiſſo, vires congrua Diaeta erigere ſtuduimus, quod ita bene evenit, ut 26ta Decembris omnino ſanus diſcedere poſſet, excepto penis ulcere, quod tamen externis tantum remediis, ſerius quidem, ſed perfectius conſolidatum fuit. Quare 26ta Januarii 1800 tandem ex Noſocomio dimittebatur.

Sebaſt. Weyer.





i4. II.

